Et effundã ſup domũ dauid & ſuper habitatores ieruſalẽ ſpũm gratiæ & precum & aſpicient ad me quẽ cõfixerunt: hæc uerba nullus dubitat eẽ dei uiuẽtis ac cõditoris oĩum quãdo ſupius ſcribitur: dixit dominus extendens cœlũ & fundens terram & fingẽs ſpũm hominis in eo: cũque ſpũm gratiæ effundere nullius ſit niſi dei ut habet̃ pſalmo. lxxxiii. gratiam & gloriam dabit dominus & eccleſiaſtici. xxiiii. in me oĩs gratia uitæ & ueritatis: & danielis. c. primo dedit autẽ deus danieli grãm & miſericordiã in conſpectu principis. Igit̃ loqtur hic deus & qd ait̃ aſpiciẽt inquit ad me quẽ cõfixerũt. Quibus uerbis neceſſario concluditur qui gratiam infundit qui deus eſt quod aliquãdo tranſfixurus ſit: quod quidem tantæ maiæſtati atque potentiæ competere nullo modo poſſet niſi per aſſumptionem carnis humanæ: quod actum ẽ atq; perfectum quando chriſti pectus ſæuiſſimus ille lancea in cruce trãſfixit qua mortalitate ſuſcepta dictus ẽ chriſtus diuinum unum ſuppoſitum deus & homo uerus meſſiach: de quo ppheta hic locutus eſt ut inqt etiã rabi ſolomon huiuſcemodi uerba exponẽs inſup in libro iudicũ ordinatiorũ: q apud iudæos appellat̃ ſceffer ſenhedri guazit itidẽ hoc habet̃ eſaias præterea hoc atteſtatur myſterium: necnon hanc ueritatem confirmat. c. liii.

[Margin: Pſalmus / Eccleſiaſticus / Daniel / Ra. ſolo. / Eſaias.]

Me hoſer umi miſpat luqah ue et doro mi reſo cheah. Apud nos

de anguſtia & iudicio ablatus eſt: generationem eius quis enarrabit? docto/res hebræi oẽs capitulum iſtud ad chriſtũ meſſiach referri autumãt præter ſolomonẽ qui uelut imprudẽs ac furioſus dum ſe ad ſydera falſis dogmatibus efferre ſtuduit in uana comẽticia delapſus aduerſatus eſt hoc in loco præſertim nõ eſaiæ ſolum ſed cæteris ordinis ſui: uult ipſe ineptus atq; laſciuus qcquid hoc in capite ꝓpheta dixerit populo iudaico penitus accõmodari: q error q̃tum inſaniæ ac falſitatis in ſe habeat inferius declarabit̃ loco ſuo. Dicit ergo rabi moſes gerũdenſis cuius doctrinã iudæi plurimi faciunt ſuper illud geneſeos. xxiiii. & introduxit eã iſaac: hic eſt rex meſſiach qui dedit cor ſuũ ad petẽdum miſerationes pro iſrael & ad ieiunãdum & humiliandũ ſe ꝓ eis ſicut ſcriptum eſt eſaiæ. liii. ipſe aũt uulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras attritus ẽ ꝓpter ſcelera nr̃a. Tranſlatio inſup caldaica quæ maiori apud hebræos cœteros oẽs auctoritate præſtat ſup uerbo ecce intelliget ſeruus meus eſaiæ. lii. inqt. Ecce ꝓſperabitur ſeruus meus meſſiach: quo ſenſu atq; ſententia ueritas oĩbus paret: hinc eſt quod ueteres antiqui omnes tam iudæi q̃ chriſtiani ab iſto loco uſq; ad calcem capi. liii. dici de chriſto oĩa non dubitarunt. Quapropter cũ dicitur eodẽ. c. uere lãgores noſtros ipſe tulit & dolores noſtros ipſe portauit: & infra ipſe aũt uulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra: ſicut ouis ad occiſionẽ ducet̃ & quaſi agnus corã tondẽte ſe obmuteſcet: & nõ aperiet os ſuũ: & dabit impios ꝓ ſepultura & diuites ꝓ morte ſua his & ſimilibus fragilis chriſti natura oſtẽditur atq; humana. Cum uero dicitur oblatus eſt quia ipſe uoluit percipit̃ eius diuinitas: quoniã ſi noluiſſet eum iudæi nunq̃ crucifixiſſent: quæ diuinitas oſtendit̃ a propheta cũ dicit̃ generationẽ eius qs enarrabit: quia cũ ipſe deus ſit infinitus & incõpræhẽſibilis generationẽ igit̃ eius quis enarrabit? quãdo principiũ eius nãſcit̃ & originẽ eius quis metiri non põt: ſecretũ hoc uel myſteriũ ꝑcontãdo mẽs deficit: natura cõfundit̃ humana quãdo angeli ſcire nequeũt: nec intelligere potuerũt: generationẽ eius igitur quis enarrabit? nullus quidẽ neq; homo neq; ſpũs aliquis beatus. Ideo ait propheta ſupius. Quis credidit auditui noſtro? hoc ẽ quod deus & homo ĩ uno exiſtẽs diuino ſuppoſito mori ut hõ uoluerit? & ſequit̃ & brachium domini cui reuelatũ ẽ? hoc eſt fortitudo paſſionis chriſti: quæ ꝑ brachium deſignat̃. Iccirco dauid pſalmo. lxxxvi. cecinit: notam feciſti in populis uirtutẽ tuã: redemiſti in brachio tuo populũ tuũ: quod munus atq; myſteriũ: quia iudæi minus percipiunt deus ꝑ oſean de ipſis. xi. c. inquit portabã eos in brachiis meis & neſcierunt quod curarẽ eos: hoc ẽ in extẽſione manuũ mearũ in cruce ad æternam beatitudinẽ ducebam eos & ſcire noluerũt quod a diabolica poteſtate liberarem eos. Nõ latuit hoc ueteres illos & antiquos pr̃es ad quos chriſtus poſt mortẽ ſuã cũ deſcendiſſet q̃maximo affecti gaudio exclamarũt: domine miſere nr̃i te eni expectauimus eſto brachiũ noſtrũ ĩ mane: & ſalus nr̃a ĩ tẽpore

Ra. moſeſ gerũ.
Geneſis
Eſaiæ.
Trãſ. cal.
Eſaiæ
Dauid
Oſeas

tribulationis. eſaie. xxxiii. & ideo ſequit᷑ a uoce angeli fugerunt populi: hoc eſt a uoce chriſti quando dixit: attollite portas principes ueſtras & eleuami/ni portæ æternales & introibit rex gloriæ: fugerunt diaboli. Et ab exaltatio ne tua in cruce ſcilicet diſpſe ſũt gentes ideſt animæ diabolicæ: chriſtuſq; di ctus eſt angelus qppe q ſanctorum patrum animis p paſſionem ſuam homi/nibus a deo pacem traditam nũciauit. Eodẽq;. c. eſaiæ. liii. ſcribit᷑ & de iu/dicio ſublatus eſt: p iudicium nãq; iudicum iniquorũ ĩtelligit᷑ quo captus eſt chriſtus deus & hõ illuſus flagellis uerberatus: & tandẽ condẽnatus ad mor/tẽ tunc de iudicio ſublatus eſt. De quo iudicio gloſa quædã hebrea ſup illud geneſeos. c. xviii. apparuit aũt abraæ dominus in cõualle mambre ſedẽti in oſtio tabernaculi ſui inqt q͵ uolenti abraæ aſſurgere uiris prope eũ aſtãtibus dominus dixerit: ſede abraã tu es enim in ſignũ filiis tuis: futurũ ẽ ut filii tui ſedeant tanq̃ iudices in cõcilio & ego ſtem. Sedere nãq; ſignũ eſt magiſtratus potẽtiæ uel dominii quod quidẽ gloſa ipſa declarat cum dicit futurum ẽ ut filii tui ſedeãt tanq̃ iudices in cõcilio. Stare aũt ſeruitutis atq; ſubiectionis. Sedebant anna caiphas & herodes iudicãtes chriſtũ deum & hominem. Sta bat aũt chriſtus deus iudicãdus ut homo. Ex qua ꝑfecto iudaica expoſitiõe accumulatius cõſtat deum quãdoq; carnẽ debere aſſumere humanã & hoĩem fieri ut patet legẽtibus accurate. Valde enim mirãdum eſt hoc hebræorũ do ctores myſterium edidiſſe hãc ueritatẽ ptractaſſe & eam ueluti pertinaces iu dæi ac furioſi renuant tamẽ & aſpnent᷑. Deterius nãq; ducitur quod ex mali cia q̃ quod ex ignorantia efficitur. Quam prauitatẽ uidens. c. v. hieremias ĩ quit præuaricatione enĩ præuaricata ẽ in me domus iſrael & domus iuda di cit dominus: negauerũt dominũ & dixerũt non eſt ipſe. idq; in ſe ueritatis q̃ tum amplectit᷑ experientia docet: nã ſi nos dicimus mariæ uirginis filius fu/it chriſtus aiunt iudæi non ẽ ipſe ſi dicimus meſſiach uenit: dicunt non ẽ ipſe ſi dicimus meſſiach deus eſt & homo: reſpondent non ẽ ipſe: qua improbita te ac ſcelere offenſus deus iudæoꝝ ſectam pro merito graui & ĩtolerabili ſer/uitute oppreſſit: quã cũ p annos mille & ꝑpe qngentos pferãt ullo modo (tã ta inſania pciti ſunt) nolunt quæ ſancti codices admonẽt uel admittere ſaltẽ uel intelligere. Quãobrem quæ deus fieri uoluit: quæ p ꝓphetas multis ſæ/culis ante prædixit quoniã ĩmergunt᷑ ambagibus & erroribus ſe obliniũt re cuſant & aſpnantur: & huiuſmodi deliramẽtis atq; inſania ad pœnas ĩexpia biles & interitum ſe ptrahunt atq; ingurgitãt. Et ne detur hominibus iſtis ue ritatem auctoritas impugnãdi ut plerunq; fieri ſolet rõnes ſubticendo quod iniqum & impiũ ẽ: ꝓgrediamur ulterius ad ꝓbandũ idoneis aſſertoribus qđ noſtra fatet᷑ religio chriſtũ meſſiach uidelicet nõ hoĩem fuiſſe tãtũ ſed deũ: Scribit᷑ pſalmo ſecũdo. Adonai amar elai beni atta ani haiom ielitica domi/nus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te: hæc dici de rege meſ/ſiach teſte ſolomone iudæoꝝ doctore ſup hiſdẽ ĩ gloſa ſua hebræi oẽs dicũt

Eſaias
Eſaias
Geneſis
Hieremias
Pſalmus
Ra. ſolo.
Gloſa hebræa.

Ra: amna & affirmant: teſtatur hoc idem etiã de eadem auctoritate Rabi amna expo/
Eſaias. nens illud eſaiæ. c. lxii. ꝓpter ſyon nõ tacebo & ꝓpter ieruſalem nõ qeſcam: donec egrediat̃ ut ſplẽdor iuſtus eius. Cõſtat igit̃ manifeſte huiuſmodi pſalmi auctoritate chriſtum deum eſſe debere. Filius meus es tu inquit deus: ego hodie genui te: genitus enĩ a patre naturaliter ſimilis eſt patris: ſed pater hic naturaliter eſt deus: ergo filius de quo dicitur hic eſt deus. & filius iſte nullus alius ẽ niſi meſſiech: igitur meſſiach eſt deus.

Ar. iudæ. Aggredit̃ me iudæus hoc audiens & quã attulimus rõne ꝑturbatus inqt. deuia ratio ſtabili fundamẽto caret neq; falſis ueritas uinci põt: quã q cõplectitur in eo ſapientia hominis eſt qua deus unus ſolus & unicus cognoſcit̃ & ueneratur hoc meum dogma hæc iudaica ſentẽtia eſt: turpe enĩ opinor hoĩem ingenioſum id aſſerere quod nulla rõne ſuſtentari poſſit: & demum cognita diſceptatiõis ſuæ leuitate oporteat ipſum quæ blacterauerit his oĩbus diſſentire ſi enim ut inqs quoniã meſſiach deus filium appellauerit meſſiach deus naturaliter foret: populus itidẽ iudaicus quem totiens filiũ uocauit deus eẽt
Exodi. & ipſe deus ſcribit̃ nãq; ſſemot hoc eſt exodi. c. iiii. quando ad pharaonẽ deus pius atq; miſericors legatum ſuum moſem ꝑ dimittẽdo populo iſrael miſit ei præcepiſſe ut diceret: dimitte filium meũ ut ſeruiat mihi. Deus itaque ac dominus iſrael populũ filiũ appellauit: q cũ mentiri nõ poſſit iſrael populus eius filius eſt ſed filius naturaliter (ut ais) correſpondet patri & pater naturaliter eſt deus: ergo populus iſrael eſt deus: quæ res ꝑfecto qn rõnis ẽ particeps ab eo qdem neq; dici neq; excogitari debet: offendit̃ nãq; plurimũ diuina illa maieſtas cũ alius preter eum deus naturaliter aſſerat̃ & hac ignorãtia ſimul atq; malicia tãdem cõdignas pœnas dabit miſerrimus ille q fari tantum nefas auſus fuerit.

Re: ad ar. Eius ꝑnicioſus eſt error cuius intereſt ueritatẽ inqrere: & ea non adhibita uelit quicq̃ temere iudicare: quæ cõditio quod ingeniũ ĩ aduerſario noſtro uertitur q ante ſenſum eoꝝ exponit q̃ uerba ꝑcipiat: & nos accuſat ignorãtiæ atq; maliciæ exiſtimãs nos alium deũ præter unicũ illum æqſſimum iudicẽ parentẽ oĩum ſeq precari & adorare: hac iudæus opinione circunductus falſis undique ſe obruit & nos audire nõ põt neq; incognita pœnis æternis tacitus nos condẽnat. Repetendũ eſt igitur quod diximus ne in ꝓfundum demerſa ueritas uel ſaltẽ in occulto iacere uideat̃: ut ſanæ mentis qlibet illam & cape & amplexari queat. Scribit̃ nãq; pſalmo. ii. domius dixit ad me filius meus
Pſalmus es tu ego hodie genui te: qbus uerbis ego hodie genui te rõ noſtra ueritatem cõcludit: qa genitus a p̃re naturaliter correſpõdet p̃ri ſed p̃r q hoc ĩ loco dominus dicit̃ naturaliter eſt deus ergo genitus de quo hic dicit̃ filius meus es tu naturaliter correſpõdet deo igit̃ filius idẽ ẽ naturaliter qđ deus. Et licet ſolũ ꝑ uerba domius dixit ad me filius meus es tu huiuſmodi ueritas affirmari poſſit: deus tamẽ pietate ſua hoĩbus naturalẽ ſuã generationẽ ĩ filiũ uoluit

maniſeſtare dicẽs ego hodie genui te: nã quãdocũq; cũ filiatiõe generatio iũ gitur: talis enĩ filiatio ſemp̱ intelligit̃ naturalis: quod filius ſcilicet natura/ liter ſit de ſubſtãtia pr̃is. Recte igit̃ cõcludẽdũ eſt ꝙ filius hic q tam apud iu dæos q̃ chriſtianos chriſtus uel meſſiach dicitur: quẽ genuit deus: de ſubſtã/ tia dei naturaliter ſit: ergo & deus. hanc rationem tantum de ſe ueritas fate tur: ꝙ ulla ui ulloue fundamẽto iudæus ipſam neq; refellere neq; inficiari põt Quod aũt populũ iſrael deus appellauerit filiũ ut habet̃. c. iiii. exodi. & in eodẽ. c. dixerit filius meus primogenitus iſrael ueritati qdẽ quã diximus nõ repugnat. Frequẽtius nãq; in ſacris codicibus lectitamus a deo aliquos ĩ plu rali filios appellari ut habet̃ pſalmo. xxviii. afferte domino filii dei nuſq̃ ta mẽ legit̃ niſi hoc in loco ꝙ deus aliquẽ hoĩem ſingularẽ uel indiuiduũ appel lauerit filium. Et q̃q̃ apud ignaros hic ſermo domini appareat ſingularis di mitte filiũ meũ ut ſeruiat mihi: tamẽ in ſe pluralitatẽ habet: queadmodũ & hic filius meus primogenitus iſrael & adeuorĩ hoc eſt deutronomii. c. xxxii. deũ q te genuit dereliq̃ſti. nã cũ hic ĩtelligat̃ populus iſrael q terminus colle ctiuus dicit̃: de pluribus intelligi neceſſe ẽ: q unico tãtũ indiuiduo nullo mõ accommodari poteſt.

Exodi

Pſalmus

Deutoro/ nomii.

His itaq; rõnibus iudæus cũ aduerſari nõ poſſit alio præcinctus gladio in aciẽ ꝓgredit̃ ſi me forte incautũ offendere poſſet: & qa p̱ ignorãtiã rerũ diuina/ rũ uarius ẽ atq; ĩcertus aſſidua exactione agitat̃ & me aſtutia quadã aggredi tur nõ uirtute: p̱ illud quod ſecũdo regũ. vii. ſcribit̃ de ſolomone ego ero illi in pr̃em & ipſe erit mihi ĩ filiũ: quæ qdem nõ dicunt̃ de pluribus ſed de uno ſingulari ſolo & indiuiduo & p̱ ea quæ in mediũ adduximus obiectat nobis apud chriſtianos fas eẽ ſolomonẽ poſſe deũ appellari: quod nec dicimus nec imaginamur & tãtũ nefas chriſtianus abhorret: & q̃q̃ dixerit deus ego ero il li in patrẽ & ipſe erit mihi in filiũ nõ ſequit̃ ꝙ ſolomõ dei filius fuerit p̱ natu rã ſed ſolũ p̱ adoptionẽ fuerit: idq; uerba ipſa maniſeſte declarãt ego ero illi in pr̃em & ipſe erit mihi in filiũ hoc ẽ ego ero illi tanq̃ pater & ipſe erit mihi tanq̃ filius. Iudæus itaq; nõ ueris qdem armis inſtructus cõtra me dimicãdo nil mirũ ſi cecidit. Proſternit̃ nãq; q bene armati ictus nec præuiderit nec ca uere ante potuerit.

ii. Re. vii. Solomon

Inſurgit adhuc iudæus ſagax atque multiplex: & qd (ut diſſentiat rõnibus no ſtris) noui potuit reperire uetera quæcũque euoluẽs (quoniã negare nõ ẽ au/ ſus quod ẽ euidẽtiſſimũ) cõtra nos infert quo tandẽ in foueã decidet ipſe un de poſtea ſe extricare nõ poterit inqt enĩ pſalmo. lxxxviii. ipſe inuocabit me pater meus es tu: & ſequit̃ & ego primogenitũ ponã illũ: cõſtat enĩ dauid de um uocare patrẽ & deũ dauid ſingulariter primogenitũ appellare: igit̃ recte cõcludi põt ꝓut a chriſtianis aſſerit̃ utraq; appellatione dauid filiũ dei natu raliter eſſe.

Pulchræ Ar. iudæ.

Pſalmus

Cõcluſio hæc quã iudæus icõſultus facit q̃tum ueritati adhæreat facile cogno

Re. ad ar.

ſci poteſt: non enim rõni cõgruũ ſemp ducitur ut patrem aliq̃s uocet ꝙ eius filius naturaliter ſit: nomen ſæpius paternũ īnititur ſenio uel dignitati abſq; paterno tamẽ naturali officio: religioſum prẽm appellamus q tamen pr̃ naturaliter nõ eſt: dauid deum uocauit prẽm non quia a deo genitus ſit atq; ab eo naturaliter ꝓcedat: ſed quia eum deus creauerit & effecerit: & nos itidem prẽm quotidie appellamus deũ non p naturã ſed p adoptionẽ quia in filios nos elegit quãdoq̃dem nos ad imaginẽ ſuã creauerit: hãc ipſam rõnem id qđ ſequit̃ p ſe fert cũ dicitur: & ego primogenitũ ponã illum ponã inq̃t hoc eſt tanq̃ primogenitum p adoptionẽ faciã illum: quoniam ſublimis erit & excelſus præ cũctis regibus terræ ut ſequẽs lectio docet. Tamẽ iudæi hæc de meſſiach dici non ignorant quãdoq̃dem eodem pſalmo pauloinfra dicit̃: & ponam in ſæculũ ſæculi ſemen eius & thronũ eius ſicut dies cœli. Semẽ nãq; dauid herodes ille aſcalonita cuius pater idumeus fuit ſubueritus ne r̃gnũ amitteret cũ ex alio ſemine natus q̃ iudaico aliq̃s rex eẽ non poſſet diuina ſic decernẽte lege. xvii. c. deutronomii nõ poteris alterius gẽtis hominem regem

Deuteronomii.

facere q non ſit frater tuus perditum omne uoluit: ut omni extincto ſemine regio ipſe a regno expelli nõ poſſet quo ꝑpetrato omne dauid genus ac regium iudæorũ nomẽ funditus ablatũ fuit: igitur quod ſuperius dictum ẽ & ponam in ſæculum ſæculi ſemẽ eius: & thronum eius ſicut dies cœli: dauid regi nullo pacto applicari põt: cũ ſemẽ eius atq; thronus iãdiu defecerit atq; extinctus ſit. Hoc eni non præterit iudæum q īterrogatus an de ſemine dauid poſſit aliq̃s inueniri uel ubi ſit ſaltem intelligi reſpondebit q̃dem ſe ignorare omnino. Igitur ea omnia recte accõmodari nõ poſſunt alicui niſi chriſto qui de eius ſemine ortus uerus meſſiach fuit quẽ quoniã iudæi futurũ expectant errorem ſuũ non difficile cognoſcere poſſunt: cum ueritas ipſa expectationi huic nõ congruat ſed plurimũ repugnet. Diſſolutis igit̃ uniuerſis quæ ꝓ defenſiõe ſua a iudæo adduci poſſunt ut iudaicæ diſcipline fallatia cognoſcat̃ ueniẽdũ ẽ ad id qđ neq; argumẽtatiõibus neq; ui ulla īpugnari põt ab eo.

Pſalmus

Legit̃ pſalmo. xxxxiiii. Chiſacha elohim holã uehed ſchebet miſchor ſchebet malohutecha abaſta ſedech ue tiſna refah hal chen meſſicahcha elohim elohecha ſchemẽ ſaſon mehaberecha:

Hoc ẽ ſedes tua deus in ſæculũ ſæculi uirga directionis uirga regni tui: dilexiſti iuſticiã & odiſti iniq̃tatẽ ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo leticiæ præ cõſortibus tuis. Hebræoꝝ nullus aliter ſentire põt q̃n pſalmus iſte dicat̃ de

Cal. trãſ.

chriſto meſſiach: nã caldaica trãſlatio ubi nos dicimus ſpecioſus forma præ filiis hoĩum inq̃t pulchritudo tua rex meſſiach maior q̃ filioꝝ hoĩs cui auctoritati uel expoſitioni iudæoꝝ nullus adhuc repugnare audet quãdo pro lege q̃cquid ea doceat obſeruet̃ ab eis: uerũ quos trãſlatio ipſa latebat aliq pſalmum iſtũ quibuſdã accõmodabãt hoĩbus & blacterãtes ueritate minus ꝓſpecta ſeipſos demũ nõ ītellexerũt. Satis ſupq; eſt ad myſterinm fidei tuendum

& ad ueritatẽ illuſtrãdam caldaica expoſitio illa quã ſynagoga ſequit᷑ ac ue
neratur. Quaobrem meſſiach his uerbis ſpũs ſanctus alloquit᷑ & ipſũ appel
lat deum dicens ſedes tua o deus i ſæculum ſæculi: ergo ſpiritus ſanctus qui
nec falli nec fallere queq̃ poteſt meſſiach deũ appellat igitur meſſiach ẽ de
us: & ſequit᷑ dilexiſti iuſticiam & odiſti iniq̃tatem ꝓpterea unxit te deus de-
us tuus: hoc ẽ tu o deus cui ſedes eſt in ſæculũ ſœculi quia dilexiſti iuſticiã &
odiſti iniq̃tatẽ ꝓpterea unxit te deus deus tuus. duo ſunt. Alter q̃ unctus eſt
Alter qui unxit: unxit deus chriſtũ tanq̃ hoiem qui & deus eſt duo in ꝑſonis
unus in eſſentia. Hac igitur ſpũs ſancti doctrina quis tam obtuſus ingenio:
tam rõnis expers qui meſſiach deũ eẽ non ſentiat nõ affirmet? Et inde alterũ
oritur documentũ: quod uera religio noſtra edocet deum trinum eẽ: & unũ
trinum in ꝑſonis unum in ſubſtãtia atq; natura: alloquit᷑ hic ſpiritus ſanctus
meſſiach quẽ deum appellat & unctum dicit eẽ a deo: tres ſunt igit᷑ non q̃dẽ
in eſſentia quia unus: ſed in ꝑſonis ut diximus. Spũm ſanctum iudæi iſicia
ri nõ poſſũt: legũt & ipſi geneſeos primo ueruach heloim merahefet ahl pe-
ne hamaim: apud nos ſpũs domini ferebat᷑ ſup faciem aquæ: ab eo nãq; quic
q̃d æditur credi ab hĩbus & obſeruari debet: cũ deus ſit quia ſpũs dei ẽ ipſe
deus cũ nihil ſit in deo q̃n illud ſit ipſe deus. Huiuſmodi ueritatis myſteriũ
lucidũ eſt atq; clarũ: quod tamẽ capere iudæi nõ poſſũt q̃ppe q̃ ignorãtiæ te
nebris undiq; circũfuſi & ꝑuicacia quadã detẽti rõnem inueſtigare huiuſmo
di atq; ueritatẽ inq̃rere cõtẽpnunt. Eruditi nos aũt diuinitus & illuminati
chriſtum meſſiach credimus uerũ hoiem q̃ a deo unctus eſt uerum deũ qui a
ſpũ ſancto deus uocatus eſt. Neq; obſtat q̃ iudices quãdoq; appellent᷑ dii ut
habet᷑ exodi. c. xxii. ad deos utriuſq; cauſa ꝑueniat & in eodẽ diis nõ detra- Exodi.
hes. Et in pſalmo. lxxxi. ego dixi dii eſtis. Executores enim diuinæ uolunta Pſalmus
tis atq; iuſticiæ in ſacra ſcriptura dii frequẽtius appellant᷑: Idcirco eodẽ pſal
mo præcipitur iudicate egeno & pupillo: humilẽ & pauperẽ iuſtificate. Sed
aliquẽ ſingulariter deum uocari nõ legit᷑ in ſacris litteris niſi de chriſto ut di
ctum eſt ſupra q̃ cum deo unus eſt in ſubſtantia atq; natura unus deus infini
tus & incõpræhenſibilis mundi opifex cœlorũq; oium fabricator de quo di- Geneſeos.
citur apud hebræos. c. i. geneſeos berreſit bara heloim ſaſſamaim ue haares.
quod apud nos ſonat in principio creauit deus cœlũ & terrã: & c. xvii. ego Leuiciti
ſum dominus oĩpotens: & leuitici hoc ẽ uaiecra apud hebræos. c. xviii. ego Deutero-
ſum dominus deus ueſter: & adeuorim hoc ẽ deutronomii tertio: neq; ẽ enim nomii.
alius deus uel in cœlo uel in terra: & c. vi. dominus deus noſter deus unus ẽ.
Hæc diximus ut intelligant iudæi nõ tres deos (ut aiunt) nos colere & obſer iiii. Re. v.
uare ſed unũ ſolum & unicũ de quo quarto regũ. c. v. dicit᷑ uere ſcio q̃ nõ ſit
alius deus i uniuerſa terra niſi tãtũ deus iſrael. Aperuit nãq; deus ipſe nobis
arcanũ pectoris ſui p ſanctos ſuos atq; ſeipſum deũ i ſubſtãtia unũ eẽ atq; in
natura trinũ aũt in ꝑſonis: quod quidẽ nõ fecit taliter omni nationi & quia

Pſalmus

myſteriũ iſtud a iudæis ſemotum eſt atq; abſcõditũ ideo ſequitur & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis pſalmo. cvii. Neceſſario diuertimus aliquãtulũ ab incepto ut uiderentur longe deuiũ iudæi iter a ueritate tenuiſſe: a qua penitus excluſi denegant chriſtum meſſiach deum ẽe ac hominẽ cuius ſacramẽti ſpũs ſãctus q deus ẽ ueritatem docet ſedes tua inquit deus chriſte rex meſſiach ĩn ſæculum ſæculi uirga dirrectionis uirga regni tui dilexiſti iuſticiam & odiſti iniqtatẽ ꝑpea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Et ſi quis forte ſupſtitioſus hæc uoluerit regi aſſuero uel aliis quibuſdam accõmodare hac ſola uincatur ratione: ſcribitur nanq; ſedeſ tua in ſæculum ſæculi. Hæc quidem de rege ipſo ac cæteris hominibus dici nõ poſſũt cũ ꝑpetuã ſedẽ eoꝝ nulluſ habuerit Et ubi nos dicimus in ſæculũ ſæculi dicunt hebræi holã uehed quę dictiones apud eos tempus ĩfinitũ ſignificãt ergo de eorũ aliquo hæc nullo mõ ĩtelligi poſſunt ut conſtat ſacras litteras ſtudioſiſſime lectitanti.

Eſaias.

Libet adhuc cætera proſequi prophetarũ dicta & redarguere penitus ꝑuerſã & inueteratam iudæorum opinionem atq; duriciam ut ſuorũ deniq; pudeat errorum ſaltem ſi penitere non poſſit. Eſaiæ. c. xxxxviii. legimus

Lo meroſet ba ſeter dibarti me het ba ioth ani ue attach adonai elohim ſelechani ue ruho.

Quæ uerba apud nos ſignificant. Non a principio in abſcondito locutus ſũ ex tempore anteq̃ fierent ego eram; & nunc dominus deus miſit me: & ſpiritus eius. Quod autem hæc dicantur a deo patet ex lectione quæ anteceſſit. Ego ipſe ego primus etiam ego nouiſſimus. Quæ uerba hebraice ſonãt. Ani hu anu riſon af ani aharon. Loqtur hic igitur deus: a quo dicit̃ dominus deus miſit me & ſpiritus eius. Propheta hic nõ circuitione uerborum: non ſermonis implicatione ulla utitur: ſed huiuſmodi myſterii quod prædicamus: lumen quoddam ſole ipſo clarius nobis offert atq; oſtendit. Ait enim dominus deus miſit me & ſpiritus eius. Igitur deus & ſpiritus eius miſit deum hoc enim iudæi negare nequeunt: loquitur enim deus & ait dominus deus miſit me & ſpiritus eius: ergo deus a deo miſus eſt & a ſpiritu eius. Ex quibus profecto noſtra quam ſequimur doctrina oritur: ꝙ dei filius fuerit a patre miſſus operante ſpiritu ſancto ad aſſumptionem humanitatis q uerus meſſiach fuit: quem nos chriſtum appellamus. Quapropter diſcant iudæi: qđ & nos credimus atq; ſentimus: quia quod a ſanctis uatibus qbus arcanum hoc aperuit deus accipimus: illud recte prædicamus atq; tenemus. Non quærimus ĩ tenebris lucem: ſed in eo qui uera lux eſt: qui mundum ſimul atq; cœlum illuminat: quem qui ſequitur non circũfunditur tenebris: de qua luce legimus

Nota etiã myſterium trinitatis.

eſaiæ.c.viiii.Habitantibus in regione umbre mortis:Lux orta ẽ eis.&.c.lx. Eſaias
Surge illuminare ieruſalem quia uenit lumẽ tuum:& gloria domini ſuper te
orta eſt:& infra:ſuper te autem orietur dominus.& gloria eius in te uidabi
tur & ambulabunt gẽtes in lumine tuo & reges in ſplẽdore ortus tui. Quã/
obrem nos quidem non pertinaci certatione ſed ueritate contẽdimus aduer
ſus hoc ꝑfidum iudæoꝝ genus:q ſi quam in nos habent ſimultatem depone
rent:ebetes eoꝝ ſenſus in adipiſcenda ueritate clari atq; illuſtres penitus red
derentur.Et quæ ab eſaia hic dicta ſunt cernerent atq;(ut ita dixerim)mani
bus pertractarent:quibus dici cogitariue ad myſterium huiuſmodi confir/
mandum:& ad ueritatem illuſtrandam clarius nihil poteſt. Nam deus redẽ
ptor inquit(ut ait propheta)deus miſit me:hoc eſt deus pater filium deum
miſit utiq; redemptorem:qui hoĩes a diabolica poteſtate redimeret.Et hoc
illud eſt quod eſaias.c.lii.attigit.Gaudete & laudate ſimul deſerta hieruſa/ Eſaias.
lem:quia conſolatus eſt dominus populum ſuum:redemit hieruſalem : para
uit dominus brachium ſanctum ſuũ in oculis omnium gentium : & uidebũt
omnes fines terre ſalutare dei noſtri.Et.c.lxii.Dicite filiæ ſyon:ecce ſalua/
tor tuus ueniet.Et.c.xii.ecce ſaluator meus fiducialiter agam:& non time/
bo & ſequitur & factus eſt mihi in ſalutem.Et quoniam(ut diximus) lumen
humanæ mentis deus eſt:eo duce ac præuio errare non poſſumus:qui nos in
ſtruit per legatum atq; nuncium ſuum:quæ nobis uia capeſcenda ſit ad æter
nam beatitudinem conſequendam:ideo dicitur pſalmo.xv.notas mihi fe/ Pſalmus.
ciſti uias uitæ:adimplebis me lætitia:per quas iudæi ſi pergerent: tunc ueri
tatis huiuſcemodi myſterium quod percipere minus poſſunt: corde illumi/
nato facile cognoſcerent.Iſtud ipſum nos etiam.c.xxiii.hieremias edocuit Heremias.
Hinne iamim baim neum adonai ua azimoti le dauid zemach zaddi cumu/
lach melech hiſeil ue aſſach miſpat uzdacha baarez be iamaf tuiuſach iehu/
dah ue giſrael giſcon labetac ue ſech ſſemo aſſer gicreo adonai gidchenu.
Quæ uerba latine ſonant.Ecce dies ueniunt & ſuſcitabo dauid germen iu/
ſtum:& regnabit rex:& ſapiens erit & faciet iudicium & iuſticiam in terra: ĩ
diebus illis ſaluabitur iuda & iſrael habitabit confidenter & hoc eſt nomen
quod uocabunt eum dominus iuſtus noſter.Hæc eadem ſcribũtur etiam ab
eodem capitulo.xxxiii.ad maiorem huiuſmodi myſterii cognitionẽ.Quod
autem hæc uerba dicantur de meſſiach iudæi inficiari non poſſunt:nam cal
daica tranſlatio quæ apud eos targum nuncupatur cui eorum nullus auſus ẽ
unq̃ repugnare inquit ubi nos dicimns ſuſcitabo dauid germẽ iuſtũ: Statuã
dauid meſſiach iuſtũ.Ex q̄bus itaq; clarũ ẽ tã apud iudæos q̃ chriſtianos ꝓ/
phætã hic loq̄ oĩo de meſſiach.Quapropter ut ueritas de q̃ loq̄mur iudæis
pateat primo dicẽdũ ẽ deũ ſecũdũ ſui uirtutẽ ap̄d hebræos ꝑmultis noĩbus

Heloim appellari: ut heloim: quod dicitur a timore uel iuſticia: adonai a magiſtratu
Adonai uel dominio. ſadai: qa ab eo fieri omnia poſſũt. Omitto cætera præter hoc
Sadai. unum iotheuauhe: cuius dogma inuenire adhuc neq; græci neq; latini potue
Iothe/ runt: utuntur illi hoc nomine tetragrãmaton: nos autem deus uel dominus.
uauhe iudæi uero nomen illud neque intelligunt neq; ſua uoce uel ſono exprimere
Græci. poſſunt: & loco illius adonai nomẽ proferunt quem admodũ habetur exodi
Latini .c.vi. Ego dominus qui apparui habraã iſaac & iacob indeo oĩpotente. Et
Tetragrã/ nomẽ meũ iotheuauhe qđ a iudæis illic ſcribitur adonai nõ ĩdicaui eis. Hoc
maton illud nomen eſt glorioſum proprium ineffabile & ĩfinitum quod propriã dei
Exodi. naturam tantum & incõpræhẽſibilem abſq; reſpectu ad aliquẽ effectũ ſigni/
Eſaias. ficat: & ſoli deo ipſi cõuenit & alii nulli applicari põt: quo & ſolus ſe appel/
lare uoluit q deus eſt quẽadmodũ habeť exodi. c. iii. dominus deus patrum
ueſtrorũ & ſequiť hoc nomẽ mihi eſt in æternũ: & eſaiæ. c. lxiii. Ego domius
hoc eſt nomẽ meũ: ubi enim dominus diciť ibi poniť iotheuauhe nomẽ ꝙ &
itidẽ in aliis fit locis q̃plurimis. Neq; ꝓpria uoce illud põt a iudæis ꝓferri: di
Adon. cũt enim adonai (ut diximus) tametsi adon rectius ꝓnunciarẽt: addunt ipſi
iot quod elemẽtum eſt hebræũ ſiue littera: & dicũt adonai: quæ dictio qnq;
ſcribiť litteris: alepl. dalet. uau. nun. prima cũ duæ ſint littere nun. & iot.
quattuor aũt primis ſcribiť adon & ſignificat dominum: addita iot: efficiť
Exodi. adonai & ſignificat dominũ meũ. Vbi igitur in ſacris lr̃is ut exodi. iii. ſcribi
tur dominus deus patrũ ueſtrorũ: & eiuſdem. xx. dominus deus tuus q edu/
Eſaias. xit te de terra egypti: & eſaiæ. xxxxii. ego dominus hoc eſt nomen meũ: ſcri
ptum eſt iotheuauhe nomẽ: & ibi apud hebræos legiť adonai: apud græcos
tetragrãmaton: apud uero chriſtianos deus uel dominus. Et quoniã eius ue/
ra nominis ꝓlatio atq; ſignificatio latet adhuc hebræos græcos atq; latinos:
ab ipſis quidem illud recte proferri non poteſt. Hoc autem fit: quia imperfe
cte deum cognoſcunt: eum iccirco imperfecto nomine appellant: & quoniã
deus ipſe ſolus perfectus eſt: ideo perfecte ſe cognoſcit: & perfecto nomĩe ſe
appellat. Et dicunt præterea hebræi: ſi quis illud dei nomen recte pronũcia
ret: eiuſq; rectam ſignificationem teneret: humanam in operãdo tanq̃ deus
naturam ſuperaret. Ideo ſibi ipſi ſoli uoluit hoc attribuere deus: quia ſolus
ipſe deus eſt infinitus pariter & imenſus: qui ſolus humanam excedit naturã
atque ſuperat. His rationibus non immerito cõcludi poteſt: ꝙ is qui hoc no
mine dignus exiſtimetur: ipſiuſq; natura etiam dignus pariter cẽſeatur. Sed
hoc ipſo nomine chriſtus meſſiach a propheta dicitur proculdubio & appel
latur igitur chriſtus meſſiach deus eſt. Et hoc eſt nomen ĩquit ipſe: quod uo
cabũt eum dominus iuſtus noſter: qui terminus dominus apud hebræos ſcri
bitur iotheuauhe: & ab ipſis (ut diximus) adonai profertur nec ſecus ab eis
ꝓnunciari poteſt. Quãobrem iudæus q hoc nõ percipit neq; animaduertit
facile delyrat & in errore uerſatur: noſque qui ueram religionem ſequimur:

uanis ſuperſtitionibus imperitus ipſe accuſat ſimul atq; deludit: in hoc ideo labitur: quippe qui cũ multiplicibus atque diuerſis erroribus ſtudeat: ineptus ipſe efficitur indies improbus atq; iſanus At nos qui diuino lumine accepto recta ꝓficiſcimur: a ueritate quidẽ aberrare nõ poſſumus: nõ ergo fallimur: quoniã ubi fallendi rõ abeſt ibi enim a ueritate nihil ẽ alienũ. Miſit nãq; deus præcones uolũtatis ſuæ: atq; correctores ĩprobitatis humanæ: quoꝝ quidem nõ humanas ſed diuinas fuiſſe uoces atteſtatur iudæus ſimul & chriſtianus. Necnõ ille ẽt omnia impleta eẽ eoꝝ uaticinia & in unã eãdemq; accedere ſniam uidet atq; cognoſcit: & tamẽ ueluti deſperans & rõnis expers deſerto recto itinere quo ſe ꝓripiat neſcit: & in deuios nõ inuitus ille labiẽ anfractus. Vult enim adhuc cõtra quæ diximus tanq̃ impudẽs ac temerarius ꝓgredi: & nobiſcũ ſignis elatis bellũ gerere: ſed ſpero dũ ſe tueri uoluerit proprio gladio hoĩem piturum: & ueritatis demũ ac rõnum ictibus maxime percuſſus: cũ obſtare ulterius nõ poterit aufugiet: & ipſũ fugientẽ inſequar: donec ſe uictum omnino atq; perditum fateatur.

Inq̃t nãq; ipſe iotheuauhe nomen deo & pleriſq; aliis ẽt competere poſſe legiẽ enim exodii. xvii. ædificauit moyſes altare & uocauit nomen eius: dominus exaltatio mea. Et. xxii. geneſeos: appellauitq; nomẽ loci illius: dominus uidet. Inſup in libro iudicũ. c. vi. ædificauit ergo gedeõ ibi altare domino uocauitq; illud: domini pax. In q̃bus auctoritatibus & aliis ubi ſcribitur dominus: ibi litteris noſtris hebræis iotheuauhe ſcriptũ inuenimus igiẽ & aliis nomẽ illud tribui atq; accõmodari põt. Solet q̃dẽ fũdamẽto nõ fideliter iniecto ædificiũ facile corruere. Quod ſic accidet aduerſario noſtro q cũ ſtabile quicq̃ uel firmũ nõ habeat: quo ſe in hoc certamine uel ſuſtentare uel defendere poſſit adeo corruet: ꝙ omni iam deſtitutus impugnandi ſuffragio: unde ꝓ ſe tuẽdo uel opem uel ſubſidiũ quæritet ulterius nequeat inuenire. Dicimus nãq; denuo & ita affirmamus nomẽ iotheuauhe illud eẽ: quod ſolũ ſoli deo cõuenit: & alii nunq̃ conuenire poſſe: illamq; diuinã ſignificare ſubſtantiã nõ intelligibilẽ ſed infinitã atq; imenſam purã atq; nudã ꝓut in ſe cõſiſtit: & apud hebræos nunq̃ ꝓfertur niſi a ſũmo ſacerdote & ĩ benedictionibus ſolũ & in tẽplo. Et Iſtud ipſũ ſẽtiunt iudæi atq; ſuos edocent. Fatemur ĩ ſuper hoc ipſum ſi cui recte addici poſſet: ꝙ is ꝓculdubio deus eẽt: nã q proprium nomen rite ſequitur eiuſdem naturam ut ſequatur neceſſe eſt. Quare iudæorum obiectio poſitioni noſtræ nihil obſtat: cum dictioni iotheuauhe altera dictio iuncta ſit in auctoritatibus prædictis; & illa per ſe ſimpliciter non proferatur. Dicitur nãque ibi: dominus exaltatio mea: dominus uidet: domini pax: que dictiones termino dominus additæ: qui ibidem ſcribiẽ iotheuauhe apud hebræos ĩdicãt nomẽ illud diuinæ maieſtati nõ applicari: ſed locis uel altaribꝫ ut patet. queẽadmodũ & nos uel deodatus uel amadeus uocamus aliquẽ q̃ tamẽ tãtũ hõ ẽ & nõ deus facit hoc illa dictõis additõ

Ar iudæ.
Exodi
Geneſeos.
Iudicum

Re. ad ar.

qua ablata nomẽ illud deũ tantũ ſignificat: quo ſolo atq; ſimpliciter aliquẽ appellare nefas eſſet atq; ꝓfanum ideo non fit quia homo tantum eſt & non deus. Hieremias autem ſolo nomine ac ſimplici iotheuauhe ſine alterius termini additione chriſtum meſſiach appellat: quando dicit. Et hoc eſt nomen quod uocabunt eum iotheuauhe hoc eſt deus Igitur ſi nomẽ iſtud ineffabile & infinitum quod ſoli deo tantũ conuenit & non alii: chriſto ſine cõnexione aliqua competit & applicat᷑. Iure atq; merito cõcludi debet: chriſtũ ꝓculdubio deũ eſſe. Iudæus hoc audiens ſe cõficit atq; cruciat cũ id aſſentire nobis quod diximus abſq; ulla contentione neceſſe ſit. & aufugere nequeat quominus ueritatem iſtam fateatur. Sed quid agit ut malus & ĩprobus: ubi eni

Ar. iudæ: a propheta dicitur: uocabunt eũ dominus iuſtus noſter: inquit ipſe literarũ ſenſũ ꝑuertẽs: qđ dominus uocabit eũ ſcilicet chriſtũ hoc noĩe iuſtus noſter

Re. ad ar. Nõ equidem putaſſem unq̃ tãtũ ſceleris ac prauitatis iudæorũ animos occuparet: ut ſanctoꝝ uatũ diuinitus ſcripta corrũperẽt: & nominũ uel dictionũ ſuarũ ꝓprietatẽ ſiue naturã euerterẽt: tãta eni audacia atq; temeritate ducũtur: ꝙ iam dei nomẽ dillacerare & deũ ipſũ illudere ĩpune ſibi licere putent: differt tẽpus ultionis deus ut maiori ſupplicio delinquẽtes afficiat: nam magna eſt ira cũ peccãtibus nõ iraſcit᷑ deus. Habetq; tantũ æquitatis in ſe diuina ueritas: ꝙ qcquid ſaluti humanæ congruũ duci põt illud uoluerit recta ꝓficiſcẽtibus indicare: & in hoc ipſo de quo loqmur id muneris apparet: nam

Ra. abbai quæritãtibus iudæoꝝ pleriſq;: meſſiach quo noĩe ſit appellãdus. Rabi abba uir apud eos doctiſſimus reſpondet iotheuauhe meſſiach ẽ appellandus: ut habet᷑ ait iſte doctor hebræus apud hieremiã & hoc ẽ nomẽ quod uocabunt

Thalmut. eũ dominus iuſtus noſter: ſcribit᷑ hæc ueritas in thalmut in diſtinctõe quadã

Gloſa hebræa. quæ incipit: q uidit in libro q inſcriptus ẽ babalbatra. Hoc ſi dixerit doctor iſte hebræus: legãt iudæi gloſam ſup primo lamẽtationum hieremiæ: & hæc

Manahem eos ueritas nõ latebit: ubi ẽt dicit᷑ multis noĩbus appellari meſſiach: ut ma-

Hinom nahem: q conſolator dicit᷑. hinom: quod filiationẽ uel filiũ ſignificat: a nim

Rabi auenazra. aũt oritur: q filius dicit᷑. Hoc enim ait rabi auenazra ſup pſalmo: deus iudiciũ tuũ regi da. Et recte chriſtus meſſiach filius nũcupat᷑: qa pſalmo q apud nos ſecũdus dicit᷑ inqt deus ad ipſum: filius meus es tu: ego hodie genui te.

Hunana Quæ uerba hunana noĩe rabi iddi ſup illud hieremiæ creauit dominus nouum ſup terrã teſtatus eſt tantũ de chriſto dici. Quapropter ſi hebræoꝝ doctores quã dicimus ueritatẽ fateant᷑ & affirmẽt meſſiach iotheuauhe dei nomine appellari quod deo ſoli cõuenit hæſitare q̃dem nemo põt meſſiach deum eẽ niſi forte inſanus & a ratione penitus abdicatus. Proprium nãque hominis eſt: quæ ueritatis ſunt: ea prorſus percontari: quorum cognitione diligenter adhibita: ſequatur poſtea quod ratio ipſa ſuadet atque mouet: ut non neceſſitatis uinculo: ſed officii quod deus demandauerit: uideatur effici ab eo. Nemo ſuimet fiducia uel ingenio fretus: hoc uel illud eſſe

gratũ deo iudicet: niſi tradita a delegatis eius præcepta prius cõpleat: ſuãq; conſciẽtiam metiatur. Non prodeſt homini hominem eẽ: niſi rõni inſeruiat: deumq; cognoſcat parentẽ ſuũ: quo uiuit: quo ſapit: quo pfruetur tãdem ſi eius omnino obſecutus fuerit uoluntati: quo munere atq; beatitudine priuãt ſe iudæi qppe q ſe exiſtimant ſcire quæ neſciunt: & inepte & arrogãter quæ minus pcipiunt aſpnantur & accuſant. Chriſtianus uero cui ſolo hæc a deo reuelata ueritas eſt: & ad quẽ diuinarũ rerũ celitus eſt miſſa cognitio: huius myſterii ſacramentum de quo loqmur: quoniã ſcit: ideo tenet: & quæ iubet illuminator ipſe amplecti & obſeruare nitit̃ iccirco accipiet cæleſtis illius atq; diuinæ mercedis præmium preciumq; gloriæ q deus eſt. Nõ pgit chriſtianus per abrupta & præcipitia iudæi ut ſolent: qui ſpretis diuinis uaticiniis: fauẽtes ſupſtitionibus in perditos dillabuntur errores: quorum ueniam ſperare non poſſunt: quãdo rõnabili hominis officio non caſu uel ignorantia: ſed uoluntate atq; ꝓpoſito ptinaciter abutunt̃. Inſtructi enim ſunt ꝓphetarum uaticinio atq; ſuoꝝ doctoꝝ teſtimonio meſſiach deum eſſe & hominem & ab his etiam ſe amouent obturãtes aures ſuas nihilue curantes niſi peruicatiam ſuam defendere atq; tueri. Hinc eſt ꝙ nõnulli iudæorum ut ſcire uideãtur quæ neſciunt audeant hoc in loco hieremie uaticiniũ ſubuertere. Dicunt enim ſuſcitabo dauid germen iuſtum: germen iſtud intelligi zorobabel qui ex ſemine dauid ortus eſt. Falſitas enim hæc ſatis cuiq; patet per lectionem ſequentem ubi dicitur: & regnabit rex & ſapiens erit. Zorobabel enim regem nunq̃ fuiſſe legitur: igit̃ de ipſo uerba illa intelligi nullo mõ poſſunt unde liqdo apparet iudæorum error: & chriſtianorum uerus ſenſus atq; ſententia: q prædicant: fatent̃ atq; tenent meſſiach uerum hominem uerũq; deum. Præterea aliqui etiam iudæorum ut cæteris aliis ſapientiores iudicent̃ incõſulti aduerſum me prodeunt perſuadentes ſibi incautum me offendere: neq; cogitant uim ueritatis atq; uirtutem: qua omnis armatus nõ hoſtibus ſolum reſiſtere: ſed eos etiam expugnare mirum in modum præualet. Et quia diximus quando iotheuauhe nomini dictio additur aliqua: tũc illud proprie nõ ſignificare deum: ſed locum uel perſonam aliam. Ex hoc inquiunt iſtud ſeq: quando a ꝓpheta dicitur. Et uocabunt eum dominus iuſtus noſter: ꝙ terminus ille dominus qui apud hebræos ſcribitur iotheuauhe: non ꝓprie ibi deũ ſonet ſed hominem tantum qui eſt meſſiach: quoniam ipſi nomini applicentur hi termini iuſtus noſter: quẽadmodũ cũ dicit̃ deodatus grãdeus q ꝓpter horum terminorum datus gratia additionem quãuis hoc nomen deus ibi inferatur non tamen deum ſed hominem tantum ſignificant. Igitur cõſtat manifeſte ꝙ propter terminorum additionem iuſtus noſter: qui adduntur huic nomini iotheuauhe a propheta non ſit meſſiach appellandus deus: ſed deus iuſtus noſter qui termini hominem ſolum ſignificant ſicut deodatus gratia deus & dominus exaltatio mea.

Ar. iudæ.

Re. ad ar.

Ar. iudæ.

Re. ad ar. Satis mihi ſupq; huic obiectioni reſpódiſſe uiſum eſt: quando ſupius p talmu thiſtam ſuũ abba rabi oſtenderim meſſiach eẽ iotheuauhe noie dictiõe nulla addita appellãdũ. Sed ne p huiuſmodi hoies uideamur ſolum ueritatem ap probare quã ſeqmur: ſed ẽt fundaméto idoneo ac rõne: iccirco argumẽtatõi huic reſpõdendũ etiam arbitrati ſumus laudabile atq; honeſtum fore: ne ita ctum quicq̃ atq; indiſcuſſum de hoſtibus noſtris relinquamus ad ueritatis ui ctoriã cõſequẽdam. Affirmat nãq; uera atq; ſancta noſtra religio chriſtũ meſ ſiach noie iotheuauhe abſq; additione alicuius termini appellari: quo uerita tis dogmate inſtruit nos hieremias cũ ait & uocabunt eum dominus: hoc eſt iotheuauhe iuſtus noſter. Neq; iſti termini iuſtus nr̃ ueritati huic repugnant quoniã hic terminus iuſtus non additur huic nomini iotheuauhe ut eius mu tet ſignificationẽ queadmodũ fit in hoibus iſtis dominus exaltatio mea do/ minus uidet deo datus gratia deus & in aliis huiuſmodi: ſed addit̃ ueluti epi theton ſuũ ꝓprium atq; congruũ. Neq; deus dici põt ſi deus eſt niſi intelliga tur terminus iſte iuſtus: qnimo p appoſitionẽ hoꝝ terminorum iuſtus noſter efficitur quod abſq; dubio nomẽ illud iotheuauhe ibi a hieremia poſitũ non poſſit aliud intelligi niſi deus unicus & iſinitus cum ipſi apponat̃ eius pro/ prietas & ineffabilis uirtus quæ ẽ iuſticia. Vnde exodi. c. viiii. ſcribit̃ domi

Exodi. nus iuſtus & ego & populus meus impii. Et. ii. Re. c. xxiii. prĩcipes iſrael &

Li. ii. regũ rex dixerũt iuſtus eſt dominus. Et neemias. c. viiii. nũc itaq; deus noſter ma

Neemias. gnus fortis & terribilis tu iuſtus es in oibus. Necnõ & pſalmo. cxviii. iuſtus es domine & rectum iudicium tuũ. Et pſalmo. vii. deus iudex iuſtus fortis &

Hieremiaſ patiens. Et pſalmo. cxxxxiiii. iuſtus dominus in oibus uiis ſuis Et hieremias

Sopho/nias c. xii. iuſtus quidẽ tu es domine. Item ſophonias. c. iii. dominus iuſtus ĩ me/ dio eius. Ex his igit̃ clarum eſt ꝙ terminus iſte iuſtus adiunctus huic nomini iotheuauhe non mutet ſignificationem eius ſed magis aperiat atq; declaret

Pſalmns Quapropter cũ de meſſiach a ꝓpheta dicitur & uocabunt eum dominus iu ſtus noſter non põt non pcipere qui rõnis eſt particeps meſſiach uerũ ac uni/ cum eſſe deum infinitum atq; ĩmenſum. Quod autẽ iſtud ipſum an ueritate

Ra. moſes fulciat̃ & uigeat. Audiant iudæi expoſitionẽ atq; ſnĩam Rabi moſis magni

Bereſit rabba prædicatoris: quem alterũ moſen legiferum quaſi appellant in bereſit rabba hoc eſt in lamẽtatione hieremiæ quam magnã ipſi uocãt ſup trenorum. c. v.

Trenorum quod apud nos ſonat pupilli facti ſumus abſq; patre. Dicit ibi rabi barachi

Ra. bara/chias. as: ꝙ deus uidens iudæorum ſingultũ & ãgorẽ inqt. Vos dicitis pupilli facti ſumus abſq; patre. Sic itidem erit redẽptor mundi: quẽ ego ſuſcitabo ex uo

Eſaias. bis: qui orietur ſine patre: ſicut ſcriptum eſt eſaiæ. c. liii. Et aſcẽdet ſicut uir

Zacha/rias. gultũ coram eo & ſicut radix de terra ſitienti. Et zachariæ. c. vi. Ecce uir ori ens nomẽ eius. Et dauid pſalmo. cviiii. Ante luciferum genui te. Et pſalmo.

Pſalmus. Quare fremuerũt gentes in quo dicitur dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Quid enim clarius ad noſtrũ exponendũ ꝓpoſitũ ab

iſto rabi adduci potuit? Quid quo magis huius myſterii ueritas q̃ noſtrorũ aduerſario℞ teſtimonio decerni atq; comprobari poſſit? At ipſi qdem nolũt a qbuſdã ſuis maioribus irretiti: & falſis argumẽtationibus capti fateri chriſtum deũ eſſe & hoiem. malunt præcipitari alieno ſenſu & aliter ſentire: q̃ ueritas q̃ uel diuina ratio expoſcit. Quod aũt dicimus uerum ſit: ueritatem ẽt alibi requiramus. Eſaias.

Scribitur namq; apud eſaiam. c. viiii. Chi ielet iulad lanu uben nitan lanu ueiichiie ſcerara al ſcechmo ueichare ſſemo pelle ioes el gibbor aui had ſar ſalõ Latine dicitur.

Paruulus enim natus eſt nobis & filius datus eſt nobis: & factus ẽ principatus ſup humerũ eius: & uocabitur nomẽ eius admirabilis cõſiliarius deus fortis: pater futuri ſæculi princeps pacis. Rabi moſes egyptius ſcribens de dignitate uirtute atq; excellẽtia regis meſſiach ad quoſdam rabotenos: hoc eſt magiſtros hebræos ait ꝙ nomina hæc cum epithetis ſuis quæ hic a ꝓphæta ſcripta ſunt: dicunt̃ de puero nato q eſt rex meſſiach. Inſup rabi auenazra idẽ dicit pariter atq; tenet in ſua ſuper hoc declaratione: qui demum accuſatus a qbuſdam ꝙ meſſiach deum appellaret: ne extra ſynagogam eiiceretur: conatus eſt: que dixit ezechiæ regi accõmodare: quẽ poſtea rabi ſolomon feſtinus & ꝓnus ad oẽm inſinuãdum errorẽ: & alii qdam ſecuti ſunt. Quã opinionem ineptam eſſe atq; falſam inferius non difficile oſtẽdemus. Tamẽ egyptius ille moſes q oĩum hebræorum iudicio dogmatibus ac diſciplinis cæteros oẽs præſtat: ſentit atq; fatet̃ oĩa illa nomĩa de rege meſſiach dici & affirmari. Cũq; in ipſis hoc nomen deus inſeratur: qs tam cæcus tam demens qui nõ uideat non intelligat: iudaicam ẽt ſectam huius ueritatis ſacramẽtũ chriſtum eſſe deũ & hoiem nõ ignorare? Cadunt enim iudæi in multiplices fallacias nõ inſcii ſed ptinaces: q ſic appetunt ſic uolunt. Inficiãtur qđ tenẽt qđ in manibus habent: denegant quod firmiter ſciunt: accuſant ſectantes quæ homines ueritatis magiſter deus edocuit. Sacras omnes euertunt litteras ut ſuos tueri poſſint errores: uero ſemp falſum anteponunt: ut diuina hæc ueritas in occulto ſepulta iaceat: q error maximus qdem eſt & aiaduerſiõne non indignus. Nam ubi a propheta dicit̃. Et uocabit̃ nomẽ eius admirabilis cõſiliarius: deus fortis: pater futuri ſæculi: princeps pacis: uerba puertũt & dicũt. Deus noſter fortis: q ẽ admirabilis cõſiliarius & pater futuri ſæculi uocabit puerũ natũ hoc eſt regẽ meſſiach principẽ pacis: o inaudita iudæorum fallacia: o facinus non æquo animo ferendũ. Audent puertere atq; deſtruere ſi poſſent illud quod deus ipſe fieri uoluit atq; decreuit: quam maliciam atq; improbitatem præuidẽs eſaias. c. i. inquit: Ve genti peccatrici: populo graui iniquitate: ſemini neq̃: filiis ſceleratis: dereliquerunt dominum blaſſemauerunt ſanctũ iſrael: abalienati ſunt retrorſum. Has patit̃ deus iniurias: quas tamẽ nõ oblitus ĩexpiabili pœna opportuno tpe pariter cõpẽſabit: nã

Ra. moſes egyp. | Ra. auenazra. | Ezechias. | Ra. ſolo. | Ra. moſes | Eſaias.

ſcientes qui peccant: & ſua errata corrigere nolunt: ueniam q̄dem aliquam
non merent̄. Ignoſcitur aūt his q̄ in peccatum incauti prolabunt̄ & pænitē
tes ſe corrigunt. At credunt iudæi nos fallere ſe aūt ipſos libēter fallūt: quo
nihil ſtultius homini eſſe poteſt. Scribūt nāq; iudæi dictiones uocabit̄ & uo
cabit hiſdem litteris & hiſdem pene punctis. Prima enim ſic ſcribitur ſecun/
Vau dum ordinem ſcribendi apud eos & eſt quinq; litteris (ut ui/
Iot detur cōnexa) & legitur ſecūdum morem iudæorum. Et harum lit
Cof terarū prima dicit̄ uau. Secūda iot. Tertia cof. Quarta res. Quinta aleph
Res q̄bus quattuor ſupponuntur puncta: quorum primū uocatur ceri. Secūdū
Aleph hirich. Tertium camez. Quartum cegol. Ex q̄bus litteris & punctis oritur
Ceri hoc uerbum uehicare hebræum quod apud nos dicitur uocabit̄. Altera ue/
Hirich ro dictio: quæ eſt uocabit ſcribit̄ hiſdē lr̄is ut ſupra: ſed aliq̄bus diuerſis pū
Camez ctis hoc modo quorū primū dicit̄ camez. Secūdum hirich.
Cegol Tertium ſeua. Quartū camez. Ex q̄bus lr̄is & pūctis efficit̄
Vehicare hoc uerbū uahicra hebræū quod apd̄ nos ſonat uocabit. Hac itaq; una & ea
Vocabitur dem lr̄arum figura (licet inter ſe pūcta uarietate diſcordēt) a fundamēto ueri
tatis & a rōne ueræ religionis iudæi ſe amouēt atq; abdicāt. Quod aūt hæc ue
Vau ritas nō ingenio ſolū nō oculis uideat̄ ſed ut dici ſolet manibus attractetur.
Iot Legāt iudæi ſup huiuſmodi uerbis eſaiæ ſupius adductis ſeptuaginta inter/
Cof pretū tranſlationē hoīum hebræorum ad modū doctiſſimorum: q̄bus iudæi tan
Res tū fidei tribuūt q̄ eorum repugnare dictis auſi nunq̄ fuerint: ea utiq; ſic expo/
Aleph nunt. Puer natus eſt nobis & filius datus ē nobis cuius imperiū ſup humerū
Camez eius: & uocabit̄ nomē eius magni cōſilii angelus. Ex hoc enim manifeſte ap/
Hirich paret. Cū doctiſſimi illi uocabit̄ ſcripſerint: q̄ uehicare nō uehicra hoc ē uo
Seua cabitur nō uocabit & ſcribi & p̄ferri debet. Et ad iſtā ueritatē cōfirmādā ac
Camez cedit trāſlatio illa caldaica quā iudæorum nullus carpere unq̄ auſus ē: cum do
Vahicra ctrina eius undiq; ueritate atq; ſapiētia fulgeat: ubi ita dicit̄. Infans natus ē
Vocabit nobis & filius datus ē nobis & recipiet ſup ſe legē ad ſeruādā eā: & uocabit̄
nomē eius abante mirabilis cōſilio: deus fortis p̄manēs in ſæcula ſæculorum
meſſiach. Qua expoſitiōe clarius aliq̄d neq; dici neque cogitari pōt p̄ quam
uocabit̄ p̄cipimus nō aūt uocabit. Igit̄ uehicare non uahicra ſcribi a iudæis
atque p̄nūciari debet. Hāc illi quottidie lectitāt intelligūt atq; ſciunt: fateri
aūt uelut p̄uicaces diſſidioſi ac p̄fidi hoc tā dilucide myſteriū declaratū hāc
eis ueritatē p̄poſitā nolūt: q̄nimo denegāt & accuſant. Qua p̄tinacia p̄citi ī
mergētes ſe erroribus atq; fallatiis a ſalute p̄pria ſe detorquēt: quod iniqū ē
& impiū & humano noīe īdignū. His ergo diligēter diſcuſſis patet undique
ueritas quā ſeq̄mur: necnō & iudæorum obiectio ianis atq; fatua: q̄ ad ezechiā
regē p̄phetæ dicta ſupius trahere conabant̄: quæ q̄dē nōmodo rōne aliqua
ſed ēt nec ulla ui uel īgenio illi uel cōpetere uel accōmodari poſſūt: Et quoni
am circiter annos. xv. rex ipſe pace fūctus fuerit. Iudæi nāque tāq̄ rerum ſuarum

impiti & rõnis ignari expromere audẽt quod animo q̃dẽ concipi minus põt. Idque ueritas ipſa docet. Regnauit rex ipſe annis. xxviiii. quẽ. xiiii. anno re/ gni eius ſennacherib aſſyrioꝝ rex amaritudine & anguſtiis q̃plurimis affecit ut ſcribitur. iiii. Re. xviii. &. xviiii. Quo mortuo eius loco manaſſes filius ſuffectus ẽ: quẽ principes exercitus regis traxerũt uinctũ cathenis atque cõ/ pedibus in babylonẽ ut legit̃ ſecũdo paralypomenõ. xxxiii. Ex q̃bus igit̃ cõ ſtat q̊ p id tẽporis pax nõ diu uiguerit quod eſaiæ dictis repugnat atque cõ/ trariat̃: q eodẽ. c. ait & pacis eius nõ erit finis. Hæc ad tollẽdã oẽm fallaciã: & ad cõuincẽdos errores iudæoꝝ dixiſſe uolui: tãetſi ſatis ſupque oſtẽſũ fue rit ea dici omnia & exponi de chriſto meſſiach & ita eſſe ſicuti ẽ & apparet. Cum itaq; iudæi clauſos rationibus noſtris ſe undique uideant & ueritate ob ſeſſos: quo ſe proripiant neſciunt: & circũſpiciẽtes muſitant & fugam taciti rubore circũfuſi corripiũt. Non miretur igitur aliquis: ſi e regno proprio ex pulſi uniuerſo orbi ſeruiant: ſi miſerrime uiuant: ſi dolore aſſiduo cruciãtur facit hoc pertinacia ſua ſimul atque malicia: quæ adeo cõſenuit q̊ diuini hu ius myſterii cognitione indigni ſint merito iudicandi. Chriſtiani uero q ſan ctarum lr̃arum uim ac rationem diligentius ac plenius diſcuſſerunt uiam ſa/ lutis ac ueram religionem intelligunt tenent atque obſeruant: neq; poſſunt ſe a recto itinere flectere: quia cæleſtes litteras non corrumpunt: ut nouam ſi bi legem atq; doctrinam ſine ulla ratione atque radice ueritatis componant ſanctorum ſolum prophetarum traditionem ueram utiq; amplexi ſunt: qua inſtructi excidere non poſſunt a uero cultu atque religione. Iudæi quoniam chriſti nomen infenſum habent quem hominem tantum exiſtimant & nõ de/ um: uias ſibi deuias & perditionis ueſtigium ſuorum maiorũ auctoritate ſe/ ctantur reliquentes diuinam maieſtatem: quæ coli non poteſt niſi per filium qui ſicut radius a ſole ita a patre filius ſeparari nõ poteſt: qui igitur colit pa/ trem colit & filium: & qui odit unum odit utrũq; quoniam una utriq; mens eſt: unus ſpiritus una ſubſtantia: quæ fecit condidit atque gubernat cœlum & quæ ſub cœlo ſunt omnia: cuius uirtutem diabolica poteſtas tremit ſupe/ ratur atq; proſternitur: q̃n etiam ſigno crucis perſpecto: cui chriſtum iudæi affixerunt ſtare non poteſt: ſed uincitur & propullatur.

Hoc ipſum profecto dictu mirabile eſt: cum perſcrutantibus recte appareat tres poteſtates tantum eſſe diuinam diabolicam atque humanam aliam alia rum fortiſſimam: & humana quæ reliquis minus ualida eſt atque potens dia bolicam ſuperet atq; proſternat: quod diligenter inſpiciendum eſt id fieri nõ poſſe niſi diuinitatis illa aliquid ſaperet: a qua uincitur prorſus diabolica ſo lum: quæ diuinitatis uirtus cruci tãtum ineſt uirtute chriſti qui ſuper eã mor tuus eſt: quod effici nõ potuiſſet: niſi fuiſſet chriſtus deus uerus ac uerus ho mo. Huiuſmodi potentiæ atq; uirtutis roma mundi princeps & cætera loca idolis olim dedita teſtimonium afferunt: nam ubi ſimulacris imolabantur &

Ezechias iiii. Re. xviii. Manaſes. Paralypomenon Roma

demonum præualebat poteſtas: ibi ſane poſt chriſti continuo crucis affixio/
nem crux ea utiq; expulſis ab ipſa demonibus ſua uirtute uiguit: & ipræſen/
tiarum regnat colitur & ueneratur. fieri hoc quidem non poſſet niſi fortitu/
dinem ſuam in illa diuina uirtus adminiſtraſſet. demonum enim robur atq;
poteſtas proſterni ab humana ui ulla nequit: cum hæc debilior ſit atq; huma
nis ægritudinibus ſubiecta. Fuit igitur illa quæ & nunc eſt ac ſemper erit in/
ſuperabilis & infinita dei potentia: qua crux ipſa diuinum illud operabatur
myſterium: quoniam in ea chriſtus affixus deus & homo: hanc illi uirtutē uo
luit condonare. Hinc eſt ꝙ demones eam ferre non poſſunt ſed perterriti at
q; humi proſtrati eam ſūma ueneratione adorant recedunt poſtea atq; diffu
giunt. Iſtud ipſū uoluit deus multis annis ante hominibus demōſtrare: quā/

Exodi. Virga aaron

do dicitur exodi. c. vii. & deuorauit uirga aaron uirgas eorum. Nam ſicut
uirga aaron pharaonis maleficioꝝ uirgas conſumpſit: nō q̄dē natura uirgæ
ſed dei uirtute ita crux ipſa maleficorum demonum poteſtatem opprimit at
q; conſūmit: non ſui natura ſed chriſti: cuius ſignū ipſe hoc tanto munere at
q; uirtute & inſignire & decorare uoluit: quia deus fuit & tanq̄ deus id face
re potuit: q & nihilominus in ea tanq̄ homo affixus ē. Hoc ſignū utiq; ē quo

Ezechiel

deus ꝑ ezechielem. c. viiii. uiro induto lineis præcepit hoīes ſignari ſup fron

Eſaias.

tes ne occiderent̄ iccirco ꝑ eſaiam etiā dixit: & uenient & uidebunt gloriam

Numeri

meā & ponā in eis ſignū. Hoc inq̄ illud eſt in quod ſi qs inſpexerit atq; credi

Serpens æneus

derit illeſus euadet omnino: quod itidem ſignificauit deus numeri. xxi. ubi
inqt. Fac tibi ſerpentē æneum: & pone eum ꝓ ſigno: qui percuſſus aſpexerit

Pſalmus

eū: uiuet. Ideo pſalmo. lxxxv. dicitur. Fac mecū ſignum in bonū ut uideant
q me oderunt & cōfundant̄ quoniā tu domine adiuuiſti me & conſolatus es



me. Oſtendi igit̄ q̄ breuiter potui chriſtum meſſiach deū eē & hominem cū
ꝓphetarum oraculis: tum ſcripturarum hebræarum fundamēto: tum etiam
ui rōnum & efficacia: ad quod inſup myſterium confirmandū accedit natu
ra ipſa atq; rerum cōmunis uſus: quem cernimus quottidie quem tractamus

Eſaias.

Scribit̄ nāq; ab eſaia. c. iiii. In die illa erit germen domini in magnificētia.

Cal. trāſ.

Quā auctoritatem iudæi omnes & chriſtiani exponūt de chriſto rege meſ/
ſiach: quod qdem inficiari non poſſunt: & eo iprimis ꝙ caldaica illa tranſla
tio: quæ targum appellat̄ ab eis: idem ſentiat: ſic atq; declaret. In tēpore il/
lo erit meſſiach domini. Quæ uerba ꝓfecto nos recte inſtruūt chriſtum meſ
ſiach deū eſſe. Nā germen alicuius rei uel arboris uel plantæ ei nāq; ut corre
ſpōdeat & eiuſdem naturæ ſit neceſſe eſt: ſed chriſtus meſſiach ꝑ uatē iſtum
dei nunciū atq; legatum eſt germen domini: ergo illi naturaliter correſpon/
det atq; de ſubſtantia illius eſt. Seqtur enim recte concluſio hæc hoc modo
& ordine. Omne quod naturaliter correſpōdet deo & de eius ſubſtantia eſt
is ꝓculdubio naturaliter ē deus: ſed meſſiach is eſt q naturaliter correſpon/
det deo: & de eius ſubſtātia ē: ergo meſſiach naturaliter ē deus. Huiuſmodi

enim præmiſſis atq; concluſioni nullo fundamento uel rõne iudæus neq; re/
pugnare neq; cõtrariari põt. Igiť credi firmiter atq; teneri debet chriſtum re
gem meſſiach uerũ deũ ac hoiem eẽ: q cœlo emiſſus hoies inſtrueret imorta/
lis beatitudinis uia: & uerbo pariter & opa ad æternã gloriã cõſequẽdã idu/
ceret. Quapropter ſupeſt citare teſtes ueritatis huiuſmodi nõ ignaros quoꝝ
auctoritate rõnes noſtræ firmenť nõ ꝓphetas qdẽ: ſed eos potius a qbus iu/
dæi diſcedere nõ poſſunt: cũ doctores eoꝝ ſint atq; magiſtri: & ab eis ſyna/
goga cũcta guberneť. Quapropter quod ab eſaia ſcribiť. c. lii. Ecce intelli Eſaias
get ſeruus meus exaltabiť & eleuabiť & ſublimis erit ualde iudæoꝝ talmu/ Talmu/
thiſtæ oẽs ĩtelligi de chriſto meſſiach dicũt & affirmãt: & exponũt ſic atque thiſtæ
declarãt. Ecce ꝓſperabiť ſeruus meus meſſiach: exaltabiť pluſq̃ abraam: &
eleuabiť pluſq̃ moſes: & ſublimis erit ualde pluſq̃ angeli ſupiores. Et cũ ue
ritas ita ſe habeat quã ẽt iudæi ſequnť atq; tenẽt ꝙ ĩter naturã diuinã atq; an
gelicam nõ deť mediũ. Cũq; chriſtus meſſiach angelis ſupioribus ſublimior
eẽ debeat: & cũ natura angelica ſublimior nullus ſit niſi deus: ergo neceſſa/
rio ſequiť ꝙ meſſiach ſit deus: rõ hæc qdẽ refelli nullo mõ põt: quoniã eius
uis atq; fundamẽtũ ſolidũ ẽ atq; firmũ queadmodũ oibus ſatis ſupq; cõſtat.
Neq; huiuſmodi ueritati obſtat quod diciť a propheta: ecce itelliget ſeruus
meus. hæc eni chriſti appellatio ſeruus meus naturã eius ẽt fateť humanam:
quod itidem & hieremias. c. xxiii. ſenſit quãdo dixit. Ecce dies ueniũt dicit Hieremias
dominus & ſuſcitabo dauid germẽ iuſtũ: & idẽ. c. xxxiii. In diebus illis & in
tpe illo germinare faciã dauid germẽ iuſticiæ: ex qbus facile itelligiť p rõnẽ
a nobis paulo ſupius adductã chriſtũ meſſiach ẽt hoiem eẽ. Ad hãc igiť ueri
tatẽ clarius pcipiẽdã ꝙ deus. ſ. ueſtimẽto carnis humanæ ſe iduere ſtatuiſſet
qbuſdã etiã rõnibus & qdẽ cõgruis atq; idoneis intelligi ſatis ſupq; põt: licet
theologoꝝ noſtroꝝ opinio ſecus ſentiat: quã & ipſe ſecutus ſum & teneo: ni
hilominus quæ dixero & laudari & approbari debent quoniã ueritati quã ſe
qmur inituť nõ parũ & fidei noſtræ ſiue religioni i cõuincẽdis erroribus iu
deoꝝ hoium pfidoꝝ plurimũ fauent. Legiť nãq; geneſeos. c. i. Creauit deus
hoiem ad imaginẽ atq; ſimilitudinẽ ſuã ad imaginẽ dei creauit illũ. Ex qbus
uerbis a nobis ꝓpoſitũ nõ difficile pcipi põt: nã diſertiſſimoꝝ neminẽ fugit
imaginẽ eẽ rei certã ſimilitudinẽ: imago eni cæſaris ſimilitudinẽ qdẽ cæſaris
cuiq; affert atq; oſtẽdit: & diciť certa ob ueſtigii differẽtiã: quod etſi rei ſimi
litudinẽ demõſtrat nõ tamẽ certã: qa i lucidã ſiue clarã cognitionẽ rei (quẽ/
admodũ imago facit) aliquẽ nõ iducit: hoc ſane oẽs itelligũt. Nã ueſtigium
pedis cæſaris nõ affert mihi (ut imago) cognitionẽ cæſaris: quã ueritatẽ iure
ificiari nemo põt. Qua ex re ſic ſequiť rõ. Oẽ illud quod ẽ alicuius imago ꝓ
culdubio ſimilitudinẽ certã illius affert: ſed hõ nõ certã dei ſimilitudinem af
fert: quoniã inter creatorẽ & creaturã corruptibile & ĩcorruptibile inter deũ
& hoiem loquẽdo ſub rõnibns ꝓpriis & intrinſecis nulla põt eſſe ſimilitudo.

Igiṫ homo nõ ẽ ad imaginẽ dei creatus. Sed tamẽ ueritas eſt deũ ad imaginẽ ſuã hoĩem creaſſe: ergo neceſſe erat quãdoq; ꝙ deus carnẽ hũanã aſſumeret ut dei imago qui eſt homo (queadmodum a propheta ſcribitur) dei ſimilitudinem redderet.

Præterea inter quæ eſt ſimilitudo illa ſunt ſimilia: & quæ ſunt ſimilia inter ea neceſſe eſt ut aliqua oriaṫ ꝓportio: ſed inter deum & hoĩem nulla põt oriri ꝓportio: quia alter eſt finitus alter uero infinitus. Igiṫ quæ a moſe dicta ſũt ut ueritate fulciaṅt congruũ extitit atque conueniens ꝙ deus aliquãdo carnis humanæ domicilio ſe includeret ut ad imaginem dei homo creatus uideretur omnino.

Item ratio ſimilitudinis a rõne conuenientiæ fundamentũ habet: ſed inter deum & hoĩem nulla eſt conuenientia: nam ſi conueniunt aut in aliquo finito: aut infinito conneniunt: ſed in eoꝝ altero conuenire nequeũt: quãdoqdem nec finitum deo nec infinitum homini ineſſe põt. Igitur nulla ratione intrinſeca deitatis homo poteſt eẽ ad imaginem dei creatus. Sed cum ſermo diuinus neminem fallat a quo ĩſtruimur hominem creatum ad imaginem dei eẽ: danda eſt alia ratio extrinſeca quæ quidem alia eſſe non poteſt niſi ratio humanitatis aſſumendæ: ergo ut uerba ꝓphetæ uera ſint: ꝙ deus hominẽ creauerit ad imaginẽ atque ſimilitudinẽ ſuã & ad imaginem dei creauerit illũ neceſſe fuit ꝙ deus humana carne ſe induẽs homo quandoque fieret.

Igitur omnibus quæcunque in hoc certamine a iudæis contra ueritatem dici: uel ſolent uel poſſunt: diſſolutis atque conuictis concludi neceſſe eſt: qui uult bonus atque beatus eſſe: ꝙ ipſum fateri oporteat hoc fidei ſacramentum: hoc ueræ ſalutis myſterium hanc ueram religionem eſſe: chriſtum deum eſſe & hominem: & credere firmiter etiam atque tenere: ex hoc enim fons omnis uirtutis emanat: hinc uia ſalutis diſcitur: hinc uitæ oſtium & paradiſi porta credentibus aperitur. Et quoniam non diſcedimus a ueritate: non putet igitur nos aliquis delirare cum dicimus deum patrem deum meſſiach & unum tantum a nobis coli ac uenerari: quæ ſane aſſeueratio permultos in maximum impullit errorem arbitrantes nos inepte atque ſuperſtitioſe prolabi ꝙ duos fateamur & unum tantũ adoremus. Dicimus nãque deum meſſiach: qui uere dei filius eſt: neque alterũ ab altero ſecernimus quia idem eſt pater & filius: & alter ſine altero eſſe non poteſt: unus deus & præter ipſum nullus alius eſt: quam ueritatem eſaias. xxxxv. capitulo manifeſte declarat. Tantum in te deus eſt loquens de chriſto meſſiach: & non eſt deus abſque te: uere tu es deus abſconditus deus iſrael ſaluator. Et uere abſconditus fuit qui aſſumpta humanitate apparuit ut homo: & tanq̃ homo deſpectus captus & a iudæis occiſus. Iccirco ab eodem propheta. c. liii. dicitur. Et quaſi abſconditus uultus eius & deſpectus nec reputauimus eum. Quod autem uerba capituli. xxxxv. dirrigantur ad chriſtum meſſiach. Ra

Eſaias

Ra. ſolo.

bi ſolomon hoc ipſum edocens ſuper eodem capitulo inquit. Magiſtri no/ ſtri ſic dixerunt: deus ſanctus & benedictus dicit meſſiach ſuo apponẽs: ego te ipſi cyro. Igitur cum de ipſo chriſto dicantur omnia ſuperius adducta: cogimur ueritate ipſa clamante credere fateri atque ſentire chriſtum proculdubio eſſe deum: qui cœlum mundumque fecit: qui hominem creauit: qui cuncta regit atque gubernat uti ſingularis opifex atque rector præcipuus ſummus & infinitus ſolus & unicus deus. Hæc confeſſio eſt uia dei per quã nos ambulare præcepit: hæc eſt ueritas quam ſeruandam omnibus demandauit cui angeli ſeruiunt quem demones contremiſcunt: qui qualis quantuſque ſit nec dici nec ſcribi neque compræhendi poteſt. Hinc abſurdum atque incongruum putauerunt iudæi carnis domicilio concludi poſſe: non curantes altius perſcrutari. Diuinæ enim maieſtati conueniens eſt: ut quem e cœlo mitteret legatus ac nuncius qui meſſiach dicitur: quẽadmodum habetur danielis capitulo ſeptimo. Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis ueniebat: ſit humanarum diuinarũque rerum cognitione atque omni ſapientia præditus ut imperatoris dei mandata perfecte conſummateque perficeret: & quæ ob iudæorum duritiam atque mentem nefariam non potuerunt omnino exequi uates qui eum ſanctiſſimi præceſſerunt: impleret iſte doctrina lege ac ſapientia: necnon hominis uitam quæ tunc abſque beneuiuendi regula ducebatur humanis atque diuinis inſtrueret documentis: & demum ad æternam gloriam adipiſcendam homines informaret. Hic itaque qui talia ac tãta operaturus eſſet omni uirtute perfectus ſit neceſſe eſt. Sed cum humana mens terrenis his atque fragilibus impedita & corporis domicilio ĩcluſa perfecta eſſe non poſſit. Eo fit ꝙ homo ſummam uirtutem tanq̃ imperfectus ob uitiorum incitamenta perfecte capere nequeat: ideo ab alio inſtruatur qui homo non ſit neceſſe eſt: neque is eſſe alius poteſt niſi deus: qui ſicut in cæteris perfectus ſemper extitit: ita in docendo ſummus perfectus & conſũmatus doctor eſt: a quo profecto res iſta æquo modo fieri non poteſt: niſi uerum corpus morti humanæ ſubiectum aſſumat: cuius rei ratio ſatis conſtat. Nam ſi ut deus ad homines inſtruendos accederet quomodo maieſtatem eius inſpicerent qui in faciem moſi intendere non potuerunt? ſcribitur nanque exodi capitulo. xxxiii. ꝙ petenti moſi ut deus oſtenderet gloriam ſuam dixit faciem autem meam uidere non poteris. Igitur ut terreno indueretur corpore congruum fuit ſi quæ diximus alios edocere uoluerit. Præterea qui docet ut eius doctrina fiat quod iuſſerit faciat & ipſe opus eſt: ne obiiceretur edoceri ab eo quod facere ipſe non poſſet. Nam qui recte alios inſtruit paupertatem quærere ac ſuſtinere ſũmã eſſe uirtutẽ: debuit is hoc prius feciſſe: & a ſe humanas oĩs diuitias abdicaſſe. Si cõtumelias iniurias tormẽta ſi mortẽ deniq; pati & ĩ eis uirtutis officiũ uerſari glorioſũ aſſereret: hæc illũ pariter uerbo ſimul & facto pferre decuit: ne uideret̃ poſtea ab eo reiici quod cæteros

Cyrus. Danielis. Exodi.

exeq tantope ſtuduit ac pſuaſit: idq; cũ pceperint libẽter ſubeãt quãdo præ uiũ doctorẽ uiderint: & ſuã porrigẽtẽ manũ ſecuturis. At deus quoniã neq; paſſionibus humanis ſiue ægritudinibus neq; mortalitati ſubiectus ẽ quomodo quæ docuit opa oſtẽdiſſet niſi ſe hoibus ſimilem reddidiſſet ac potuiſſet

Obiecto

pati? Tũc obiectarent hoies ſi animis noſtris quãdoq; obſequimur: hoies ſumus & nihil a nobis humani alienũ eſt ſi cõtumeliæ & opprobria diſplicent: ſi pſecutiones pati nolumus uincimur hac humana ĩbecilitate induti ſi mortẽ fugimus hæc nos fragilis natura cogit: ſi deniq; carnis oblectamenta ſequmur caro ipſa incitat & inflãmat. Dicerẽtq; præterea ſi deus nil appetit recte qdem quãdo alicuius rei non indiget: dolorem & anguſtias nos ferre docuit hoc nõ ei difficile fuit quia (ut ait comicus noſter) facile omnes cum ualemus recta cõſilia ægrotis damus peccatũ nõ facit quia hac carnis ſarcinula nõ grauatur: mortẽ nõ timet quoniã mors illi dominari nõ poteſt. At nos mortales his ſubiicimur oibus: quæ ſufferre ac pati non facile carnis ĩfirmitate poſſumus. tu igit᷑ prior quæ doces diſce & fac: docẽtẽ enim oportet quæ docet ea ſentire atq; pficere: Quapropter ſapiẽtiſſimus deus atq; clemẽtiſſimus ĩdul

Solu? obie.

tor ut hæc oĩno tolleret᷑ obiectio hac noſtra uoluit mortalitate ĩdui ac hominẽ fieri: ut homo ſi in errorẽ atq; peccatũ irrueret: lapſus non neceſſitate ſed uolũtate atq; ppoſito uideret᷑. Voluit inquã eãdem quã nos gerimus carnẽ & ipſe gerere ut libidine atq; ſceleribus ĩmerſis & aduerſantibus quæ docuit iure atq; merito reſpõdere poſſet. Inqũt opes nõ poſſumus nõ quæritare nõ appeter᷑: qa uictũ nobis ſubmiſtrãt. At ego hõ ſũ inqt chriſtus d's & hõ & diuitias contẽno atq; reſpuo & inops & pauprimus ĩcedo. Amaritudinẽ & ãgorem neqmus æquo animo ferrẽ. At ego mæſtus & afflictus dolore undiq; afficior. Interitũ ſiue mortem inire natura hæc humana & fragilis abhorret: ĩõ inuiti eã cõplectimur. At ego hõ ſũ & crucis tormẽtũ p uobis & mortẽ ſubire nõ uereor. Si terrenis uoluptatibꝰ obſeqmur ſi nefariis cõmiſſis uincimur ac delectamur corpus hoc fragile & carnis ĩbecillitas nos irritãt & impellũt. At ego humano corpori mãcipatus & tabernaculo carnis incluſus illecebras oẽs atque uoluptates inutiles ſũmitto atque opprimo: & adeo q; nullũ i me peccati miniſterium ui aliqua præualet ac dominat᷑. Non habent igitur aliquid ſi in perditas uoluptates atque flagitioſa delicta labantur homĩes quo excuſare ſe poſſint: quando eorum doctor ac præuius uoluerit mortalitate ĩdutus quæcunque fragilitatis certamina experiri atque ſentire. Et queãdmodum perfectus præceptor atque ſapiẽtiſſimus ſe geſſit: ita ſemota omni obiectione ſe ĩſtituere atque ĩformare hoĩes debent. Hinc tollit᷑ omnis excuſatio & fateantur neceſſe eſt ſe ſua culpa non neceſſitate dillabi atque peccare Hac itaque lege humanam deus carnem aſſumpſit: ut eiuſdem naturæ eſſet qui docet & qui docetur: necnõ humanis oibus ægritudinibus ſubiacere uoluit: ut quæ hominibus demandauit exequi haud impoſſibile uideretur:

 

quibus inſtructi atq; edocti inter huius mundi fluctus atq; tēpeſtates in por/
tum abſque ullo diſcrimine nauigare poſſent. Cognoſcāt igitur iudæi quod
cecinerunt prophete: id ſūma ratione factum neq; quæritent aliunde quare
hoc deus uel illud uoluerit: quoniam ſicut ei placuit ita factum eſt: ſatis ha/
beant hoc non pro ſe uoluiſſe deum facere ſed pro hominibus: neq; mouean
tur maiorum ſuorum auctoritate quæ continuis agitata erroribus circiter an
nos mille & quingentos poſteris ſuis reliquit ignorantiam pariter & cæcita/
tem. Et cum uideret deus antea homines auiditate uictos libidinibus īmer/
ſos timoreq; ſuo uacua omnium hominum pectora miſit ipſe pius omniū pa
rens ac ſūmus imperator ad nos chriſtum meſſiach filium ſuum qui ad ueri/
tatis uiam & uerum religionis cultum homines reduceret: qui cognoſcerent
non uictimam ulterius deum in ſacrificium appetere non pecudum mortem
non uitulorum ſanguinem quærere quæ inania utique ſunt & ipſi deo īfenſa
ut eſaias inquit. c. i. holocauſta arietum & adipem pinguium & ſanguinē ui Eſaias.
tulorum nolui. Quærit ſolum deus animum purū mentēq; ab omni labe ni/
tidam: quæ honeſta & recta tantum iubet & praua ꝓhibet atq; turpia quod
ſalutis iter docuit ille uerus dei legatus ac nuncius chriſtus meſſiach deus &
homo nullamq; ueram religionem eſſe ac fore niſi puræ mentis oblationem
atque circūciſionem uoluntatis humanæ quam qui diuinæ maieſtati dicaue
rit uerus dei cultor atq; chriſti ſectator nuncupabitur. Ait enim eſaias. c. li. Eſaias.
Audite me qui ſcitis iuſtum hoc eſt chriſtum populus meus lex mea in corde
eorum: & hieremias. c. xxxi. dabo legem meam in uiſceribus eorum & in cor Hieremias
de eorum ſcribam eam: & pſalmo. xxxvi. Os iuſti meditabitur ſapientiam: Pſalmus
& lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius ī corde ipſius. Ideo dicit᷑. vi.
c. deuteronomii diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo & ex tota ani
ma tua: & in eodem. c. xxx. circūcidet dominus cor tuum & cor ſeminis tui Deutero/
ut diligas dominum deum tuū ex toto corde tuo & in tota aīa tua ut poſſis nomii
uiuere. Et. i. Re. xvi. dominus aūt intuet᷑ cor. Docuit igit᷑ hæc oīa chriſtus i. Re. xvi.
ēt facto hoībus uoluit demōſtrare egeſtatē ſcilicet atq; iniurias dolorē atque
mortē ꝓ oībus hoībus nō formidare nō timere ut ſcribit᷑ eſaiæ. c. liii. ipſe au
tē uulneratus ē ꝓpter iniqtates nr̄as attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a. Et ſequit᷑
paulo īfra oblatus ē qa ipſe uoluit. Libidinū inſup nos debere quodcūq; ge/
nus opprimere qbus licet nr̄a fragilitas atq; humana ībecilitas ſuccūbat poſ
ſumus tamē reſiſtere atq; fortiter repugnare uirtute atq; ui rōnis. Noſq; præ/
terea cōtēnere fragilia q̄cūq; īſtruxit chriſtus ipſe necnō uel humilia uel terre
na deſpicere. Vult eni deus mētē ſolū īcorruptā & a quocūq; labe īuiolatam
ut poſſi mus cum ipſo perpetua neceſſitudine copulari. Idq; facilius ut fieret
a nobis ipſe tanq̄ deus ut erat inſtituit nouam legem quā per uates ſuos ho/
minibus antea ſe daturū præmonuit: quæ tamē antiquæ adimpletio ē: & ex
utraq; una effecta ē & conſūmata atq; perfecta: hanc iudæi reprobant atque

renuũt: quia argueretur deus inquiunt imbecilitate quadam atq; infirmitate quod mundi huius principibus turpe foret ut decretũ ſemel ab eis atque ſan citũ illud poſtea uel reuocarẽt uel infringerẽt. Hoc autumãt iudæi q̃a uirtu tis huiuſmodi atque diuini myſterii exptes ſũt & ueritate ipſa indigni: cum eoꝝ ingeniũ ſiue natura ſemp in fallaciis atque erroribus ſolũ uerſet. Oſtẽ dã ipſe nãque hoꝝ hoium iproboꝝ mẽtes emotas & malis incurſibus pcitas: qppe q̃ nõ ſolũ ueritati nõ fauẽt ſed deo ipſi detrahũt eius uelle & poſſe cui nihil cõgruũ magis eſt q̃ ab eo fieri qđ uult quotiẽs & quãdo. Prædixit enim deus p pphetarum uaticinia nouã hoibus legẽ ſe allaturũ ut aditũ fælicitatis æternæ atque ſũmæ beatitudinis p ipſam aperiret hoibus. Quæ res atteſtã tibus ſacris lrĩs & hebræoꝝ codicibus liq̃do i hoc ſequẽti capite apparebit.

## Capitulũ tertiũ q̃ legem nouã chriſtus meſſiach hoibus dare debeat.

CVM Statuiſſet deus opportuno tempore ducem magnũ fi lium ſuũ uerum deum & uerum hoiem queadmodum in ſu periori certamine diximus ad hoies cælitus mittere ut noua lege noui hoies fierent mente nitidi ſcilicet atque religione uoluit eis paradiſi theſaurum quẽ ob adæ ſupbiã atque trãſ greſſionem abſcõderat: manifeſtare. Iudæi aũt hoc ipſo tã to indigni munere & eoꝝ imemores quæ a ſanctis uatibus edita fuerãt ſpra uerũt auctorẽ uitæ & ducem ſalutis humanæ. Quo facinore deus ipſos i ul tionem atque in interitum dedit: tantoque grauius eius maieſtati extitit q̃to beneficiorum ſuorum illos atque diuinæ uoluntatis abũdantius participes fieri uoluit. Legitur enim pythagoram & poſtea platonem ſe ad egyptios cõ tuliſſe atque perſas & plerosque etiam alios non ſine magno labore atque ui tæ diſcrimine ut earum gentium religionem atque ſacra cognoſcerent exiſti mantes nullam diis immortalibus uirtutem gratam fore niſi in religione ipſa uerſarẽtur. At iudæi quibus hoc cæleſte arcanum diuini operis erat in mani bus dignitatem quam pius deus ſua bonitate eis præ aliis cõceſſerat: ſapere arbitrantes cum ſtulti eſſent penitus abiecerunt. Quo errore quo ſcelere de us offenſus exteris hominibus tribuit cæleſtem illam atque perpetuam hære ditatem perfido populo abdicato. Neque (tametſi errorem ſuum ſentiunt) ab impietate ſua deduci poſſunt. Quapropter improbiſſimum hoc iudæo rum genus: qui hæc a chriſtianis recenter ficta exiſtimant non perſcrutantes ex quo fonte religionis noſtræ origo manauerit moueat̃ atq; citet̃ ad bellum mecum gerendum ut illuſtretur quæ diximus eorum ueritas atque cognoſca tur plenius & an ipſi æternæ beatitudinis hæredes ſint an nos qui prædica mus deum ab initio ſtatuiſſe meſſiach chriſtum delegare ad homines qui no ua doctrina eos inſtrueret atque religione uera informaret: ſine qua ullum

Pythagoras: Plato Egyptios Perſos.

hominem ſaluti ſuæ non poſſe conſulere & quicquid ab eo actum fuerit uel laudabile uel honeſtum apud æqſſimum iudicē deum irritū fore atq; inane. Neq; ideo nouo hoc dogmate fieret uel a naturalibus uel a moralibus præceptis diſceſſio: ſed ea ſolum eiicerent̄ quæ ritus quoſdam atq; cerimonias idu xerunt: quibus homines non cogebantur ut illa in quocūq; loco atq; quocūq; tempore efficerentur ab eis niſi in præordinato a deo tantum quæ terra ꝓmiſionis in ſacris litteris nuncupat̄: ut habet̄ quarto capite deuteronomii ſcitis ꝙ docuerim uos præcepta atq; iuſticias ſicut mandauit mihi dominus deus meus: ſic facietis ea in terra quam poſſeſſuri eſtis: & īfra mādauitq; mihi illo tempore ut docerem eos cerimonias & iudicia quæ facere deberetis ī terra quam poſſeſſuri eſtis. Et eiuſdem. c. v. Tu uero hic ſta mecū inquit deus & loquar tibi omnia mandata & cerimonias atq; iudicia quæ docebo eos ut faciant ea in terra quā dabo illis in poſſeſſionem. Quapropter ſi ſeqmur ea atq; tenemus quæ ꝓphetæ diuine uoluntatis interprætes approbāt atque docent: falli ꝓfecto non poſſumus quando eorum doctrina uera ſit atq; perfecta: necnō dei unici pia atq; religioſa cultura. Iudæi nāq; quos deus ob eorum puicaciam percuſſit amētia cæcitate atq; furore mētis ut habet̄. xxviii. ca. deuteronomii tam ſtulti ſunt in aſſeuerando ineptias atq; ſuperſtitiones ſuas q̄ improbi in credendo: cum eoꝝ quæ tenent qcq̄ neq; ratione defendere neq; credere poſſint. Et tamē nos chriſtianos leuitate quadam & impietatis crimine coarguūt: quando dicimus ſūmum opificem deum ſtatuiſſe chriſtum meſſiach debere noua lege mortales inſtruere: que res (ut aiūt) ſi ita foret deus mutabilis eſſet atq; infirmus ꝙ humanis principibus aſcribere ignominioſum duceretur ac turpe ſcribit̄ dicūt ipſi adeuoꝛim hoc eſt deuteronomii. c. iiii. Veata iſrael ſema el hahochi ueel hamiſpati eſer anochi melamed eſchem laeſos lemaā thiheihu uuoſem uieriſtem het haareg eſer adonai elohe euoſechē noſem lachēom lo ſoſifo al hadauar. ſer anochi mezaue eſchē uelo ſigreu mimenu liſmor et mizuot adonai elohechē aſer anochi mezaue eſchē. Que uerba apud nos ſonant:

Deuteronomii 4

Deuteronomii:

Deuteronomii.

Arg: iudæ

Et nūc iſrael audi præcepta atq; iudicia quæ ego doceo te ut facias ea & igrediēs poſſideas terrā quā domius deus patrū ueſtroꝝ daturus ē uobis: nō addetis ad uerbū quod uobis loquor nec auferetis ex eo: cuſtodite mādata dei ueſtri. Ex qbus nō difficile cōſtat ꝙ ſūmus oīum īſtitutor ac dominus iubeat atq; uelit ne qs tātū ſibi tribuat ut īſtitutioībus eius atq; decretis uelit adder̄ aliqd uel ex illis aliqd auferre: quod ſi ita ē ſicuti ē. Igit̄ lex ipſa moſi hoībuſ a deo exhibita neq; minui neq; augeri neq; mutari debet: quēadmodum fit a chriſtianis (ut inqt iudæus) q ritus nr̄os atq; cerimonias uel ſabbatū uel circūciſionē nō obſeruāt q̄ a deo præordiata ſūt atq; præcepta: comedūtq; a lege ꝓhibita & faciūt qbꝰ lex dei oīs euertit̄ atq; dillacerat̄. Hac auctoritate uel fūdamēto iudæi nos carpūt & accuſāt: quādoqdē nō uidēt (præſtrigit.n.

Re. ad ar.

oculos eorum humanarum diuinarumq; rerum ignorantia) non conſiderant tanq̄ ſtulti illud deo detrahere quod detrahēdum terrenis principibus ſtultiſſimū duceretur. Fatemur nāq; & ita ueritas ſe habet deū populo iudaico præcepiſſe ne mandatis eius aliquid adderet neq; eorū aliquid minueret. Cū par nō ſit ſupiorum decretis ab inferioribus addi uel ex eis aliquid auferri. Attamē decet reges ac principes ſanctiōes ſuas atq; leges tēporibus diuerſis permutare uel minuere uel aliquid addere. Nō eni cōſequēs ē q͛d populo iudaico deus mandauerit ne eius præceptis quicq̄ addat neq; aliqd detrahat ꝗ ipſe deus mādatis ſuis addere diuerſis tpibus uel auferre nō poſſit. Manet ſemper idem deus ſūmus omniū imperator ac dominus omnipotēs liberaq; eius poteſtaſ eſt perfecta atq; æterna: & ab eo ſtatutis ſuis quādo uoluerit uel adiungi uel diminui poteſt: quoniam ſūma ratione ſingulari prouidētia uirtute perfecta atque īfinita poteſtate præditus eſt. Docemur hoc ſane deuteronomii. c. xxviiii. hæc ſunt uerba fæderis quod præcepit dominus moſi ut feriret cū filiis iſrael in terra moab præter illud fædus quod cum eis pepegit i monte oreb. Ex qbus nō difficile compræhendi pōt ꝗ inſtitutis ſiue mandatis quæ dedit dominus moſi in monte oreb non nulla etiam addere uoluerit in terra moab. Sed ne hac ſolum rōne & auctoritate quæ ſatis ueritatem illuſtrauit populum iſtū iudaicū undiq; excæcatum ipſe ſupaſſe uidear: ueniam ad ꝑphetas & eoſipſos quibus contra nos uti ſolet ad ueri probationē aduocemus. Quadrageſimo tertio eſaias inquit.

Ne memineritis prioꝝ & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua & nunc orient͛ utiq; cognoſcetis ea. Non uult deus priora recordari nec antiqua fieri. Neq; miret͛ quiſq̄ ſi q̄ cuncta creauit ad libitum ſuum diuerſo tēpore cūcta diſponat addat uel minuat: poteſtas eius ſingularis eſt quæcunq; uult facit: nā ipſe dixit & facta ſunt ut legit͛ pſalmo. c. xxxxviii. Eiuſq; ratio quare id fecerit a noſtris ſenſibus ſemota eſt: ſeiunctaq; longe: & curioſa hæc eſt ꝑfecto atq; profana quærendi cupiditas: & inepte facit & impie q hoc ſcrutari ac ſcire quæritat. Quis enim hoīum ſcire poterit conſilium domini? habetur hoc ſapientiæ. c. viiii. & hieremie. c. xxxii. dominus exercituū nomen tibi magnus cōſilio & incōpræhēſibilis cogitatu. Nefas nempe ducit͛ ea ꝑcontari quæ deus ipſe uoluit eſſe apud ſe ſolum. Sapientia enim eius nō habet finem neq; poteſtas eius menſura terminatur: opera nāq; eius uidentur oculis quo modo quoue conſilio illa fecerit ſuæ conditionis modū tranſgreditur & cōtra deum facit q hæc uult inueſtigare uel ſcire. Solū intelligat homo quousq; ſibi liceat accedere: non quærat quæ intelligi non poſſunt. Fuit ipſe ultimū dei opus ne ante acta inqreret: ſed futura ſola rōne īueſtigaret: quod genus prudētiæ eſt & quo a cæteris animātibus differt homo. Hac igitur re noluit deus eum inducere in hunc mundū niſi ꝑfectis omnibus. Fateri ergo neceſſe eſt nihil ēē quod ſūma ratiōe ſūma prudētia atq; iuſtitia non ſit factū:

Pſalmus

Li. ſapientiæ

Poteſt ita q̧ mutare quæ fecit uel addere uel auferre quotiens & quando ſibi
libuerit. Teſtatur hoc eſaias. c. lxv. Ecce eni creo cælos nouos & terrā nouā Eſaias
& non erunt in memoria priora: ex quibus colligitur facile propoſiti ueritas
quod deus ſcilicet uelit ac poſſit qum uult nouū facer̄ mutare minuere & ad
dere & quotiens ſibi placuerit. Hæc quidem ueritas percipi a iudæis non po
teſt cum fallaciis delectētur & eorum animus in multa diſperſus huc & illuc
facile diuagetur. Et quæ diximus offēſi ſtricto gladio me aggrediētes inqunt
Deus iuſtus eſt & imutabilis qui ſi ſtatutis ſuis atq̧ ordinibus adderet q̄cq̄ Ar. iudæ?
aut minueret: qs tam obtuſus ingenio aut demens non diceret eum infirmū
atq̧ inſtabilem? Quæ res ꝑfecto diuinæ iuſtitiæ atq̧ ſapientiæ incōgrua eſt:
& deo minus conueniens: nam ipſemet p malachiam. c. iii. dicit. Ego eni do Malachias
minus & nō mutor. Et numeri. xxxiii. non eſt deus quaſi homo ut mentiatur Numeri
nec ut filius hominis ut mutetur. Igit̄ quod ab eo ſemel ſancitum ē firmū ſta
bile & imutatū ſemp atq̧ integrū ꝑmanebit. Mortalis nāq̧ princeps q circa
terrena atq̧ fragilia uerſat̄ q & rebus humanis ſubiacet: quæ agit mutat ſæ
pius addit quādoq̧ uel aufert quādo principiū habuerit ipſe: & finem ſit ha
biturus. At deus quoniam ſemp fuit: q nunq̄ ullum habuit principiū ac ſine
fine ſemp erit manet ipſe idem deus incōcuſſus firmus & imutabilis & quod
inſtituit atq̧ præcepit itidē effici uult ſemp ab hoībus & obſeruari: non licet
ergo illud ipſum minui uel mutari uel ei addi aliqd quoniam ab imutabili fa
ctum eſt: docemur hoc numeri. c. xxii. Reſpondit balaā: ſi dederit mihi ba Li. numeri
lac plenā domū ſuam auri & argenti non potero mutare uerbum domini dei
mei ut uel plus uel minus loquar. Igit̄ & lex quia ueritas ita ſe habet aliquo
modo mutari non poteſt.

Video nāq̧ q̄ difficilia uideant̄ iudæis quæ diximus ad credēdum: cū auctori Re. ad ar.
tatibus qbuſdam tum rōnibus pſuadeant ſibi tanq̄ impiti ac rudes ſanctarū
lr̄arum nos pplexa & inuolnta erroribus ſeq: qua pſuaſione ueritas oīs atq̧
religio funditus tollit̄ & euertit̄: qua impietate quo ſcelere fas omne rumpi
tur ac uiolat̄. Iacta ſunt a nobis ſupius huiuſmodi ueritatis fundamēta quæ
iudæus quoniā totus uagus incedit delirus atq̧ cæcus nō uidet nō cōſiderat
& a nobis uult oīno ſuo gladio iugulari. Dixi nāq̧ deum diuerſis tpibus di
uerſa inſtituiſſe atq̧ præordinaſſe: & qa potuit fecit & itelligimus ita factū.
Legē moſi dedit qa princeps oīum & domīus ē ut hō q dei imaginē gerit ad
creatorem ſuū mentē dirrigeret: ipſiq̧ obediēs cæleſtē illā uitā quā diligenti
bus ſe ꝑmiſit aſſequeret̄. Cui legi præfinitū tēpus ſtatuit: quo elapſo muta
rent̄ ritus qdam & ordo: & ſacrificia ubiq̧ fierēt alia nō beſtiarū cruore ſed
mūda & imaculata quēadmodū legit̄ malachiæ primo & i omni loco ſacrifi Malachias
catur & offert̄ oblatio munda. Quibus uel ſtatutis uel regulis a deo ſic præ
ordinatis res ipſe mutabilitatis nomē acceperūt deo imutabili permanente.
Fecit enim deus diuerſis tpibus quæ inter ſe oīno differūt: fecit hoīem & eū

Geneſeos. feciſſe poſtea pænituit. & deleuit eum a faciæ terræ ab hoie uſq; ad aiantia a reptili uſq; ad uolucres cœli geneſeos. c. vi. Hebræi inſup grauiſſimo ſeruitutis iugo a pharaone multos annos oppreſſi diuina ſic diſponēte clementia tādem liberati fuerūt moſe duce: degēteſq; i ſolitudine & diuinoꝝ beneficioꝝ obliti rurſus ad ſeruitutem in babylonem redacti ſunt. Poſtea uero libertate donati. & dei mandatorum immemores occidentes prophetas & cruci chriſtum meſſiach affigentes quo facinore & iſanabili peccato ifecti rurſus ſeruitute dānati ſunt. Hanc pmiſit deus mutationem diuerſis fieri temporibus ex quo mētes hoīum atq; opa mutabātur ipſo imutabili permanēte quod facile percipi poteſt p id qđ dicitur ab hieremia. c. xxvi. & in aliis locis q̄plurimis

Hieremiaſ Conuertatur unuſquiſq; a uia ſua mala & pæniteat me mali quod cogitaui facere eis pp maliciā ſtudiorū eorū. & ſequitur ſi nō audieritis me ut ābuletis

Eſaias. in lege mea urbem hanc dabo i maledictionē cunctis gētibus. Et apud eſaiā.

Hieremiaſ c. primo. uindicabor de inimicis meis. Et apud hieremiā conuertar & miſerebor eorū. c. xii. Et apud eūdē. c. xviiii. Si pænitentiā ægerit gens illa a malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eā: agam & ego pænitentiā ſup malo quod cogitaui ut facerē ei. & ſubito loquar de gente & regno ut ædificē & plantē illud. Si fecerit malum in oculis meis ut nō audiat uocē meā pænitentiā agā ſup bono qđ locutus ſū ut facerē ei. Et eccleſiaſtici. c. xii. Altiſſimus miſertus eſt pænitentibus. Et hieremiæ. c. xiiii. nō parcā & nō cōcedā neq; miſerebor ut nō diſpgam eos. Ex quibus cōſtat opationes hominū diuerſas diuinæ uolūtatis quæ iuſticia ē diuerſitatem iducere quæ ita diſpoſuit ab inicio atq; decreuit. Præterea præcepit deus hōi priſcis illis temporibus ut de fructibus terræ tantū & herbis comederet quēadmodū ſcribitur geneſeos. c. i. Ecce de

Geneſeos di uobis oēm hærbam afferentē ſemen ſup terram & uniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui ut ſint uobis in eſcam & cunctis animantibus terræ: & tamen ſubmerſo aquarū inundatione omni humano genere noe & qbuſdam exceptis deus ipſe mandauit hominibus ut etiam cun

Geneſeos ctis animalibus ueſcerent: quēadmodum eiuſdem. viiii. ſcribit. Omnes piſces maris manui ueſtræ traditi ſunt & omne quod mouet & uiuit erit uobis in cibū. Cur hanc fieri uarietatē uoluerit deus eius arbitrio q fecit relinque

Socrates. re ſapientē decet: quoniam quod ſupra nos (ut ſocrates dicere ſolebat) nihil ad nos. Mutant igitur res: manet tamē deus imutabilis ut eſt. Lex a deo inſtituta mutari pōt abſq; mutatione dei inſtituentis: hoc diuerſis temporibus diuinæ ſapientiæ non incongruū eſt cū ab initio ſic ordinatum fuerit ab eo atque decretum. Lex igitur quā p moſem hominibus dedit ſuū iam terminauit effectum: deus tamen non terminatur ſed infinitus eſt.

Ar. iudæ. Miratur hæc iudæus audiens & inquit nouum hoc eſt & inauditum apud nos ut lex noſtra quam deus ipſe moſi ore ſuo ac manibus ad hebræos attulit quē

Exodi. admodū habet exodi. c. xxxi. Deditq; dominus moſi cōpletis huiuſcemodi

ſermonibus in monte ſynai duas tabulas teſtimonii lapideas ſcriptas digito dei. Et itidem. c. xxxii. Et reuerſus eſt moſes de monte portãs duas tabulas teſtimonii i manu ſua ſcriqtas ex utraq; parte & factas opere domini: q᷑ poſt chriſti nazareni aduentum neq; uenerari neq; obſeruari debeat: cum ſumus ille omnium deus legis illius cultum ritu perpetuo & obſeruatione fieri uoluerit: ut ſcribitur exodi. c. xiii. Lex domini ſemper ſit in ore tuo. Et leuitici c. vii. pectuſculum enim eleuationis & armum ſeparationis tuli a filiis iſrael de hoſtiis eorum pacificis & dedi aarõ ſacerdoti & filiis eius lege perpetua: Et ſequitur & quæ præcepit eis dari domius a filiis iſrael religione perpetua in generatiõibus ſuis. Et deuteronomii. c. xxvii. & ſcribes ſuper lapides oĩa uerba legis huius plane & lucide q᷑ iccirco dixit ſuper lapides ut quæq; admoneat perpetuo ea obſeruanda eſſe ab omnibus. Necnon eiuſdem. c. xxxiii. Legem præcepit nobis moſes hæreditatem multitudinis iacob: hæreditatem ideo dixit ut lex iudæis data tanq̃ eius hæredibus cultu ſempiterno obſeruaretur ab eis. Idem ſcribitur pſalmo. cxviii. Et cuſtodiam legem tuam ſemper in ſæculum & in ſæculum ſæculi. Quæ ꝑfecto dogmata quam legem quos ritus atq; obſeruationes nos amplecti perpetuo inſtruit ſapientiſſimus ille ꝓuerbioꝝ. c. primo. Audi fili mi diſciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ. Et eorũdem. c. iiii. Audite filii diſciplinam patris & attẽdite ut ſciatis prudentiam donum bonum tribuam uobis legẽ meam ne derelinquatis. His igitur omnibus & eorum per ſe quolibet ad legem moſi obſeruãdam incitamur atque cogimur continuis temporibus modo & ordine perpetuo. Fugit hoc neminem: ſcribitur enim exodi. xxxi. c. Cuſtodiant filii iſrael ſabbatum & celebrent illud in generationibus ſuis pactum eſt ſempiternum iter me & filios iſrael ſignũq; perpetuum. Item de tempore feſto paſchæ. Exodi. c. xii. habebitis autem hanc diem in monumentum & celebrabitis eam ſolẽnem domino in generationibus ueſtris cultu ſempiterno. Et infra. Cuſtodi uerbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis uſq; in æternum. Inſup de celebratione diei in quo moſes a domino legem accepit: legimus leuitici. c. xxiii. Et uocabitis hunc diem celeberrimum atq; ſanctiſſimum: omne opus ſeruile nõ facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis & generationibus ueſtris. Et ſequitur. Locutuſq; eſt dominus ad moſem dicens decio die menſis huius ſeptimi dies expiationum erit celeberrimus & infra nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit uobis in cunctis generationibus & habitationibus ueſtris. Eiuſdemq;. c. xxiiii. Et locutus eſt dominus ad moſem dicens præcipe filiis iſrael ut afferant tibi oleum de oliuis puriſſimis ac lucidum ad cõcinnandas lucernas iugiter extra uelum teſtimonii in tabernaculo fæderis: ponetq; eas aaron a ueſpere uſq; mane coram domino cultu rituq; perpetuo in generationibus ueſtris. Quapropter ſi ita ẽ ſicuti eſt ut dilucide apparet q᷑ hæc a deo ſtatuta ſint: & nobis iudæis præce-

Exodi. Leuitici Deuteronomii. Deuteronomii. Pſalmus Prouerbiorum Exodi. Exodi. Leuitici

pta ut cultu perpetuo ueneremur: mihi quidem ulla uel ratione uel fundamẽ to perſuadere non poſſum: ut nobis quam dedit moſes lex ipſa finem habuerit uel habitura ſit: deus enim eam hebræis perpetuo obſeruandam dedit. Et queadmodum deus firmus eſt atq; ſtabilis ita uerbum ſuũ permanens eſt atq; imobile: ut habetur pſalmo. ci. Tu autem domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem: & pſalmo. cxviii. In æternum domine uerbũ tuum permanet in cœlo. At nũc alia exequerer ſcripturarum teſtimonia niſi hæc omnium iudicio ſufficerent & illa opportunioribus locis reſeruarem. Cum igitur ſit nobis quod diximus diuinis litteris traditũ libeat id ipſum ſequi omnibus: neq; aliqua quis ſuperſtitione deceptus humanis malit q̃ diuinis credere: quæ tradita ſũt a prophætis tam breuiter nobis & apte. Maxima nãq; ĩpietas ẽ: reſq; caſtigatiõe nõ idigna quãdo qs non caſu uel ignorãtia omnino ſed uolũtate atq; ſcientia ſeipſum fallit.

Pſalmus
Pſalmus
Sententia approbata

Re. ad ar. Caderem ipſe animis ſi quæ iudæus dixerit altius q̃ ille atq; uerius percõtatus minus fuiſſem: cum tot tantiſq; teſtibus inixus fuerit elato ſupercilio cõprobare legem moſaicam perpetuo & in æternum (ut ita dixerim) debere obſeruari. Vnde mihi de imperitia eius atq; temeritate ſæpius cogitanti interdum uideri ſolet tam cæcus tam demens q; in eo non modo ratio nõ ſit ſed ab humanitate pænitus ſit alienus. Vera ſunt profecto quæ loquntur diuini uates quos & mendaces faciunt iudæi qnimmo & deceptorem deum taciti appellant ſi quæ diximus (ut aiunt) uera forent: uera enim ſũt quæ diximus & deus nullius deceptor eſt qui ſũmum bonum eſt & ſũma ueritas quem audimus quem ſequimur a quo quicquid prædicamus edocti ſumus a quo qa ſe auertunt iudæi ſe decipiunt: & nos deceptos eẽ exiſtimant: & ignorant q; a ueritate ueritatẽ didicerimus: ideo decepti ipſi ſunt ſupſtitioſi atq; inanes. Quãto ſapientius facerent ſi exceptionibus omiſſis cogitarent inter ſe uim dictionum ſuarum ac poteſtatem: tunc qdem eoꝝ fugeret neminem error ſuus præcipuus atq; fallatia: quam cognita ueritate deponerent: & ab eis ſecederet diſſidium & nefas omne. Intelligerentq; nihil ipſis conducibilius ad uitã nihil opportunius ad ſalutem euenire poſſe q̃ ſequi quod ſequimur q̃ colere quod colimus & ueneramur. Neq; imiſcerent falſa cum ueris pturbantes ſacra omnia neq; huiuſmodi radices perditionis ſuæ atq; maloꝝ oĩum ſuis ẽt iſererẽt poſteris: & quoniã duri ſunt & puicaces ſua oĩa uel humana uel diuina inſidiis fraudibus dolis atq; erroribus cõplent: adhærent ineptiis atq; ſuperſtitionibus huc atq; illuc diſpſi: & a ſtirpe ſancte religionis auulſi pditos ſibi mores atq; inſtituta pro arbitrio pagunt: qbus erroribus cum ſe penitus addixerint aures accõmodare ueritatis ſacramẽto recuſant: quam detegere opus eſt ut ſuis ſe armis iugulent turpiter atq; occidant.

Cella. Nechali. Hollam.

Sunt apud hebræos tres dictiones. Cella. Nechali. & Hollam: quæ tẽpus abſolutum ſonant & infinitum. Attamẽ cella dictio ſecũdum Rabi auenazra

ſuper pſal.iii.quē habent iudæi ſuarum dictionū expoſitorem præcipuū ni
hil ſignificat: & tantū apud hebræos ualet q̄tum.h.apud latinos: neq; ipſa i
ſacris litteris inuenit̄ niſi in pſalmis in q̄bus poſita eſt ad ſupplementū can/
tus: tā et ſi hebræoꝝ q̄dam minus docti uolūt dictiōem illā ꝑpetuitatem ſi/
gnificare omnino.

Hollā uero quandoq; tempus finitum quandoq; indeterminatū ſignificat: cū
uero dictionibus coniūgitur ad deū ꝑtinentibus tunc perpetuū tēpus demō Pſalmus
ſtrat ut ſcribit̄ pſalmo.cxviii. In æternum domine ꝑmanet uerbū tuū in cœ
lo: quādo uero addicitur dictionibus humana opera ſignificātibus finitum
tempus oſtendit: hoc fit quoniam ſignificatum ꝓprium huius dictionis hol
lam ſæculum ſonat: quod finitum tempus ſignificat: ut eccleſiaſtes.c.viiii. Eccleſia/
Amor quoq; & odium & inuidiæ ſimul perierunt nec habent partem in hoc ſtes.
ſæculo: & eccleſiaſtici.c.xviii. Et nō eſt tibi nihil in ſæculo: hoc eſt in mūdo Eccleſia/
ſed mūdus terminabit̄ itidem & ſæculum: ergo finitum tempus ſignificat: ſtici
quod & iudæi idem dicunt atq; tenent. Ad hanc ueritatem confirmandā ac
cedit eſaias.c.xxxxvi. Recordamini prioris ſæculi quoniam ego ſum deus: Eſaias.
ſæculum enim dixit tempus creationis mundi uſq; ad noe: cuius tempus uſq;
ad abraam a quo uſq; ad moſem tempus etiam illud itidem ſæculum dicitur
eodemq; modo tempora ante acta uel ætates ſæcula nuncupātur: quod oſtē
ditur hieremiæ.c.ii.behollam ſauarta holli: apud nos a ſæculo cōfregiſti iu Hieremias
gum meum hoc eſt a tempore uel a principio legis moſi a deo datæ. Igit̄ ſæ/
culū quod ab hebræis hollā dicitur finitum tempus ſignificat: quoniam di/
ctio ipſa ut diximus dictionibus addita eſt ad humana opera pertinentibus
Quāobrem in auctoritatibus ſuperius adductis iudæus ſi litterarum ſuarū
uim uel facultatem diligenter perſcrutatus fuiſſet non diſſentiret a nobis ne
q; a ueritate diſcederet ſed fateret̄ quod diximus & proculdubio teneret at/
q; ſentiret. Nam in illis ubi inſeritur ſempiternum æternum atq; perpetuum Exodi.
a iudæis ſcribitur dictio hollam quēadmodum habet̄ exodi: c.xxxi.pactū ē
ſempiternum quæ dictio cum ad homines pertineat ut patet legentibus ac/
curate finitum tempus atq; determinatum ſignificat. Hoc enim iudæi neq;
reffellere neq; inficiari poſſunt: quādo ueritas hæc clarius deuteronomii.c. Deutero/
xv.illuſtratur: Scribit̄ nāq; ibidem de ſeruo hebræo aſſumes ſubulam & ꝑ/ nomii.
forabis aurem eius in ianua domus tuæ: & ſeruiet tibi uſq; in æternū. Et iti
dem exodi.c.xxi.de eodem offerat eum dominus diis: & applicabit̄ ad oſti Exodi.
um & poſtes: perforabiſq; aurem eius ſubula & erit ei ſeruus in ſæculum. Ibi
enim ubi dicitur in æternum & in ſæculum dicunt iudæi hollam: & tempus
finitum intelligunt quod neq; aliter intelligi poteſt: nam ſuper his uerbis &
ſeruiet tibi in æternum uel in ſæculum dicunt hebræi cunctis diebus domini
ſui uſq; ad annū iubilei hoc eſt ad.l.annum qui iudæis totus erat feſtiuus &

periocundus: quo incipiente ſeruus a domino libertate continuo donabat̃: tametſi duobus etiam annis ante uel tribus a domio emptus fuerat. Inſuper ſi a perforatione auris infra annum obiiſſet diem ſuum dominus fiebat con/tinuo liber ſeruitute oppreſſus. Ergo manifeſte conſtat ꝙ dictiones iſtæ per petuum in æternum & in ſæculum: quando hominum operibus applicantur tum apud nos tum apud iudæos cum eiſdem in locis hollam ipſi ſcriptitent atqꝫ proferant tempus determinatum atque finitum omnino ſignificent. Pa

i. Re. ii. tet hoc etiam per illud quod ſcribitur de heli primo regũ. c. ii. propterea ait dominus deus iſrael loquens locutus ſum ut domus tua & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo uſque in ſempiternum: nunc dicit dominus ab ſit hoc a me: ſed quicunque honorificauerit me glorificabo eum: qui autem contemnunt me erunt ignobiles. Ecce dies ueniunt & præcidam brachiũ tu um & brachium domus patris tui ut non ſit ſenex in domo tua. Ex qbus uer bis liquido apparet: ꝙ licet deus heli & patribus eius ſacrorum miniſterium conceſſiſſet perpetuum: cum dicat ut domus tua & domus patris tui mini/ſtraret in conſpectn meo uſque in ſempiternum tamen dictio illa ſempiternũ terminata fuit: cum poſtea ab heli deſcendentes a ſummo ſacerdotio amoti fuerint: quẽadmodum legitur. iii. Re. ii. eiecit ergo ſolomõ abiathar ut nõ

iii. Re. ii. eſſet ſacerdos domini: ut impleretur ſermo domini quem locutus eſt ſup do mum heli in ſylo: ideo dicitur nunc autem dicit dominus abſit hoc a me: & ſequitur ecce dies ueniunt & præcidam brachium tuum: hoc eſt poteſtatem ſummi ſacerdotii: quia ut dictum eſt deiecto abiathar de officio ſacerdotali qui fuit de ſtirpe heli inſtitutus eſt ſadoch ſummus ſacerdos qui deſcẽdit de aleazar de ſemine aaron: ut habetur eodem Re. ſecundo. & ſadoch ſacerdo tem poſuit pro abiathar. Quapropter non miniſtrauit ergo domus heli in conſpectu domini uſqꝫ in ſempiternum. His itaque diligenter diſcuſſis per cipitur ꝙ q̃uis deus aliquid perpetuo factum iri ab eo ſtatuerit: tamẽ æquiſ/ſimo iudicio eius illud ipſum terminari poteſt: quia mutatis temporibus uel

Daniel ætatibus uel rebus mutatur dei ſtatutum atque ſententia: docet hoc daniel c. ii. Sit nomen domini benedictum: & ſequitur ipſe mutat tempora & æta tes: tranſfert regna atque conſtituit. Facit hoc deus ſicuti hominũ opera ex/flagitant quæ quottidie mutantur ipſo immutabili permanente. Neque mi rum quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: & hunc humiliat & hunc exal

Pſalmus tat ut legitur pſalmo. lxxiiii. Filii enim iſrael propter chananeorum peccata

Geneſeos occupauerunt regnum eorum ut ſcribitur geneſeos capitulo. xv. & tandem aduerſus iudæos romani ob eorum ſcelera hoc itidem effecerunt: quoniam propter diuerſitates factorum hominibus diuerſa a deo ſtipendia diuerſis tẽ poribus inferuntur.

Mea igitur quantum ingenii mediocritas tulit iudæorum iter longe deuium

eſſe a ueritate attigi tum auctoritatibus tum rationibus: ꝙ iam conuicti nullum audeant contra quæ diximus uerbum emittere: cupiantque intelligere ex quo fonte exhauſimus chriſtum meſſiach religione debere mortales noua inſtruere. Paratus ſum enim hos homines ad docendum incredulos ut ſi fieri poſſit (quoniam inepte ac temere labuntur) contritis erroribus ultro fateantur ignorantiam ſuam perditam atque cæcam: & nos quam ſequimur religionem ueram incorruptam & deo charam firmiter teneamus atque fideliter obſeruemus ob quam laborum noſtrorum recepturi ſumus fructus uberes atque iocundos.

Eruditi itaque nos a deo atque illuminati facile & aperte hanc docebimus ueritatem: ut incorruptæ fælicitatis paretur iudæis aditus planus lucidus atque amænus: modo quod diximus complecti animo & opere uelint noſtræ religionis myſterium.

Accedat eſaias diuinus uates ad hanc ueritatem oſtendendam. c. lv. Inclinate aurem ueſtram & uenite ad me & uiuet anima ueſtra: & feriam uobiſcũ pactum ſempiternum miſericordias dauid fideles. Hæc profecto uerba ſi quis probe percontatus fuerit: cognoſcet non difficile deum præordinaſſe omnino meſſiach legem hominibus eſſe daturum. Et feriam inquit uobiſcum pactum ſempiternum: hoc eſt legem ſempiternam. Et quam legem daturus ſit: ſequens lectio edocet miſericordias ſcilicet dauid fideles. Dauid eni hoc in loco nulli dubium eſt ꝙ meſſiach intelligi debeat: quẽadmodum etiam legimus apud oſeã. c. iii. Reuertent̃ filii iſrael & q̃rẽt dominũ deũ ſuũ & dauid regẽ ſuũ. Hæc eni uerba trãſlatio chaldaica ſic exponit. Reuertẽt̃ filii iſrael & q̃rẽt cultũ dei ſui & obediẽt meſſiach filio dauid r̃gi ſuo. Itẽ hieremias. c. xxx. Seruiẽt domio deo ſuo: & dauid regi ſuo: hoc ẽ meſſiach filio dauid regi ſuo ẽt ſecũdũ tranſlationẽ chaldaicã. Quod aũt in his auctoritatibus dauid intelligatur meſſiach omnibus clarum eſt: nam anteq̃ prophetæ iſti naſcerentur iãdiu dauid diem ſuum obierat. Igitur de ipſo auctoritates iſtæ intelligi non poſſunt: unde manifeſte conſtat ea omnia dici de meſſiach. Sic itidem in auctoritate eſaiæ quam ſuperius attulimus ubi dicitur miſericordias dauid fideles: dauid enim hoc in loco meſſiach intelligi ipſa ueritas atteſtatur. Et ait eſaias feriam uobiſcum pactum ſempiternum ideſt dabo uobis legem ſempiternam. Non enim loquitur deus hic de lege moſi quando illa multo tempore ante data fuerat: ſed ait dabo uobis legem ſempiternam. Si eni ĩtellexiſſet deus de lege quã dedit moſi ĩ mõte oreb: dixiſſet utiq; dabo uobis legẽ moſi: uel aliq̃d aliud ꝑpter quod facile ĩtelligerẽt oẽs legẽ illã ab ipſo datã ĩ mõte oreb. Solũ aũt dixit feriã pactũ ſempiternũ ut oſtẽderet legẽ aliã ſe daturũ q̃ illã q̃ moſi ab eo ĩ tabulis data fuit. Et ſeq̃t̃ eſaias declarãs legẽ illã dãdã ꝑ meſſiach eẽ miſericordias dauid fideles hoc ẽ charitatem atque miſericordiam quas chriſtus imprimis prædicauit & docuit: ut mani-

Eſaias.

Oſeas

Trãſ. cal.

Hieremiaſ

ſeſte apparet legentibus euangelicam doctrinam. Cōſtat igitur his omnibus quæ ab eſaia ſcripta ſunt nouam legem a meſſiach dari debere: & ſic conſtituiſſe deum.

Idq; ut clarius uideatur. Veniat etiam hieremias hanc quam diximus ueritatē declaraturus. c. xxxi. hinne iamin baim neum adonai uecharati het bet iſrael uehet bet hie ugda berit hedaſſa lochaberit aſſer charati het houottā beiō hehecichi beiadam lehociam meherech miziraim aſſer hēmah heferu het berit ueanochi bahalti bam neum adonai chichot haberit aſſer hechrot het bet ne iſrael ahare baiamin hahemac neum adonai nattathi et thoratti bechirbā uheal libam hechtabenah uechaitti lahem le heloim uehemah iheiuli leham. Quæ uerba apud nos ſic proferuntur.

Hieremias

imo ioſephus in libro de bello iudaico ait eodem tempore ipſum cũ romanis
fædus pcuſſiſſe. Recte igitur hicharet occidetur ſignificat: quod de chriſto
dictum eſt: q a iudæis cruci affixus tandem ab eiſdem occiſus ẽ. Vtq; iudæo
rũ ignorantiã manibus (ut ita dixerim) ptractetur ꝓphetæ uerborum ſeriem
ſiue ordiem pſcrutemur. Inqt ipſe ſeptuaginta hebdomadæ abbreuiatæ uel
præciſæ ſunt hoc eſt determinatæ ut adducat̃ iuſticia ſempiterna ideſt ut ue
niat meſſiach ꝙ idem ſonat quẽadmodum ſupius attigimus: utq; impleat̃ ui
ſio & ꝓphetia & ungatur ſanctus ſanctoꝝ: & poſtea ſequit̃ daniel dicens &
diſſipabit̃ ciuitas ac ſanctuarium & hoſtia deficiet & ſacrificium. Sed mani
feſte apparet atq; re ipſa oibus cõſtat ꝙ ciuitas iãdiu deſtructa iacet: ſanctua
rium cõbuſtum tẽplumq; pſtratum: hoſtia etiam ſolito hebræoꝝ more nõ of-
fertur ſacrificiũ periit: igitur iuſticia ſempiterna q meſſiach dicitur adducta
eſt: & impleta eſt uiſio & ꝓphetia & ſanctus ſanctoꝝ unctus ẽ: & chriſtus oc
ciſus: ergo tempus aduentus meſſiach præteriit & ipſe meſſiach uenit. Inſu-
per intelligendũ eſt ꝙ rabi qdam moſes de zinora in gloſa ſua ſup iſtis uerbiſ
& ungat̃ ſãctus ſanctoꝝ inqt: iſte ẽ rex meſſiach ex filiis dauid ſãctificatus.
Q ua rõne capere qſq; poteſt: q̃ta caligine q̃taue tenebrarum & erroꝝ nube iu
deoꝝ pectora obducantur: qui cum ſe maxime intelligentes exiſtimant tum
maxime impiti atq; ignari fiunt: quoꝝ ignorantiam quidã uocatus rabi ani-
mo uolutãs cũ iterrogaret̃ a qbuſdam ordinis ſui de aduẽtu meſſiach reſpõ
dit uanũ eſſe atq; iane meſſiach a iudæis ulterius expectari: ſed iudæoꝝ redẽ
ptionẽ cõſiſtere in penitẽtia ſolum: ſcribit̃ hoc in ſenhedrim guazit in diſtin
ctione quadã quæ dicit̃ hellet. O q̃ recte iſte rabi ſenſit ſuos atq; admonnit
ſi uolũt inqt iudæi a miſerabili hac ſeruitute ſi a tot malis redimi ſuoꝝ peni
teat malefactoꝝ agãt pænitẽtiã: nõ latuit hũc thalmutiſtã ueritas ipſa adue
niſſe meſſiach nõ iudæoꝝ expectatio uana nõ eoꝝ ſpes irrita atq; ianis fugit
uanũ eẽ inqt & inane expectare meſſiach & iudæoꝝ redemptionem tantum
in pænitẽtia eẽ. Lectitauerat ipſe qdem qd ſũmus oium inſtitutor deus hanc
præuidens iudæorum ſupſtitioſam expectationem & pulcaciã p hieremiam
clamitet. c. xviiii. Si pænitentiam ægerit geus illa a malo ſuo quod locutus

Ra. ſolo.

Ioſephus.

Ra. moſes de zinora.

Sen. gua. Hellet.

Hieremiaſ

Ezechiel. ſum aduerſus eam: agam & ego pænitentiam ſup malo quod cogitaui ut facerem ei. Et p ezechielem. c. xviii. Cõuertimini & agite pænitentiam ab oĩbus iniqtatibus ueſtris & nõ erit uobis in ruinã iniqtas: proiicite a uobis oẽs iniqtates ueſtras qbus præuaricati eſtis & facite uobis cor nouũ & ſpiritum nouũ: quia nolo mortem morientis dicit dominus deus reuertimini & uiuite

Lucas Clamitat itidem chriſtus uerus meſſiach: luce. c. v. nõ enim ueni uocare iuſtos ſed peccatores ad pænitentiã. Iccirco eiuſdẽ. c. xvii. inqt diſcipulis ſuis: ſi frater tuus pænitentiam ægerit dimitte illi. Et petrus apoſtolus docto

Petrus apoſtolus. ris ſui diſciplinam amplexus atq; ueſtigia ſecutus in epiſtola ſecunda. c. iii. ait dominus non uult aliquos perire ſed oẽs ad pænitẽtiã reuerti: pbene itaq; & q̃ rectiſſime ille admonuit iudæorũ redemptionẽ in pænitentia eſſe: quã ſi amplecterent̃ & agerent: errores ſuos atq; fallacias cognoſcerent pui caciã deponerent dolerent infidelitate chriſtũ uerum meſſiach colerent obſeruarent atq; uenerarent̃. Excitent ſe igitur & accedant ad ueri cognitionem iudæi quam ſenſu eorum doctorũ & auctoritate deteximus: non antiquos ſibi ritus adhibeãt ſũmæ maieſtati infenſos non priſcorũ ſuorũ uetuſtate non religione glorient̃: redarguit illam deus p eſaiam. c. primo. Sabbatũ & feſtiuitates alias nõ feram: calẽdas ueſtras & ſolẽnitates ueſtras odiuit anima mea

Eſaias. Nouũ etenim cultum nouãq; religionẽ uult atq; præcipit deus: quia creauit cœlos nouos & terrã nouã: & in memoria non eſſe priora demãdat p eũdem c. lxv. Vertit ſe ad nos deus ineffabili clemẽtia ſua & aſpexit gẽtẽ quæ ignorabant eum: ut eſaiæ eodem. c. inqt. Quæſierunt me q ante non interrogabant inuenerunt qui non quæſierũt me: dixi ecce ego ecce ego ad gentẽ quæ neſciebant me: & quæ nõ inuocabãt nomen meũ ad quã uoluit legatum ſuũ mittere uerum meſſiach abdicatis iudæis penitus q tanto munere ob execrabilẽ eorũ ſupbiam atq; pertinaciã fuerunt indigni q per eſaiam. c. lx: clamat uenio ut congregẽ cum oĩbus gentibus & linguis & uenient & uidebunt gloriam meã: & ponã in eis ſignũ: & mittã ex eis q ſaluati fuerint ad gẽtes ĩ mare & ĩ aphricã ĩ lydiã tenẽtes ſagittã ĩ italiã & greciã ad iſulas longe ad eos q nõ audierũt de me & nõ uiderũt gloriã meã & annũciabũt gloriã meã gentibus: quæ pfecto impleta fuere apoſtolorũ tempore quorum aliqui romæ dei gloriam prædicarunt ut petrus & paulus: andreas in achaia quæ primo peloponneſus poſtea danaa dicta fuit. Ioannes euãgeliſta in aſia. Iacobus maior in hiſpania in iudæa & ſamaria. Iacobus minor in ieroſolimis. Bartholameus in lycaonia: Mattheus ĩ ethiopia. Philippus ĩ ſcythia. Simõ ĩ egypto. Iuda ſiue thadeus ĩ meſopotamia: deĩde ãbo ĩ pſia. Thomas ĩ ĩdia. Marcus ĩ aqleia & alexãdria. Iccirco inqt ppheta mittã ex eis q ſaluati fuerint. Hi eñi apoſtoli oẽs fuerũt & ſequit̃ ad gẽtes ĩ mare ĩ aphricã ĩ lydiã tenẽtes ſagittã hoc ẽ uerbũ uel legem chriſti quæ tanq̃ ſagitta uulnerauit idola & interfecit diabolicam poteſtatẽ: ad eos q non audierunt de me: hoc ẽ ad gẽtes quæ nõ

intellexerunt ſcripturas neq; audierunt pphetas de aduentu meo: & non ui/
derunt gloriã meã hoc ẽ miracula a iudæis uiſa atq; cognita: quæ poſtea fue/
runt intellecta & habita a gentibus: ideo id muneris a deo gẽtibus concedẽ/
dũ non fugit iacob patriarchã ſanctiſſimũq; pphetam uocatis filiis ſuis ait
de meſſiach geneſeos. xxxxviiii. c. & ipſe erit expectatio gentium non dixit
expectatio iudæorų. Et aggeus itidem. c. ii. Et ueniet deſideratus cunctis gẽ
tibus: non cũctis iudæis. Et malachias. c. primo magnum iuqt eſt nomẽ me
um in gentibus. Q uapropter non ſperẽt iudæi ſpræta pænitẽtia pertinatiæ
ſuæ atq; infidelitatis: quæ deo maxime odio eſt inultos euadere: ſeuero tãdẽ
puniẽtur iudicio: quãdo chriſtũ meſſiach dei legiferum etiam tã piæ tãq; hu
manæ eis oblatũ tã nefarie tãq; crudeliter aſpnati ſint atq; necauerint. Q uo
facinore atq; ſcelere infecti iudæi iuniores etiã dant ipſi inexpiabiles pænas
quoniã q pniciose cũ improbis uel opere uel uoluntate ſaltẽ peccãt: cũ illis a
deo pariter puniunt continue trepidant atq; contremiſcunt: macerant indi
es ſollicitudine atq; mærore gemunt: & quo ſe uertant neſciunt hinc inde ex
pulſi: unde ſibi opis aliqd ſpare poſſint non capiunt: de qbus iccirco multis
annis ante deuteronomii ſcriptũ eſt. c. xxviii. dabit enim tibi dominus cor
pauidum: & deficiẽs oculos & aĩam conſumptã mærore & erit uita tua qua
ſi pendens ante te: timebis nocte & die & nõ credes uitæ tuæ: mane dices qs
mihi det ueſperum & ueſpere qs mihi det mane ppter cordis tui formidiem
qua terreberis. Q uæ pfecto uerba aut de ſeruitute babylonica intelligi ne/
ceſſe eſt: aut de iſta quam iudæi romanã nõ cupant: de babylonica autem in
telligi non poſſe ſatis ſupq; conſtat: nam ſcribit in hoc capitulo adducet do
minus ſup te gentem de longinquo & de extremis finibus terræ in ſimilitudi
nem aquilæ uolantis cũ impetu: cuius linguam intelligere non poſſis. Q uæ
uerba quidem babylonice captiuitati nullo pacto accõmodari poſſũt: quo/
niam dogma caldaicum & hebræum & in numero & in ſono atq; uirtute idẽ
ſunt: licet in forma differant. Romanum etenim ab hebræo longe diſſimile
eſt in his omnibus atq; modo ſcribendi. Iccirco cum a ppheta dicitur cuius
linguam intelligere non poſſis: non poteſt niſi de romana lingua intelligi cũ
iudæi a romanis ſeruitute oppreſſi: eam penitus ignorarent: hoc itidem di/
xit hieremias. c. v. ego abducam ſuper uos gentẽ de longinquo domus iſrael
dicit dominus gentem robuſtam gentem antiquã gẽtem cuius ignorabis lin
guam: nec intelliges quid loquatur. Altera ratio eſt quoniam eodem capitu
lo ſcribit. Diſperdet te dominus in omnes populos a ſũmitate terræ uſq; ad
terminos eius: hoc qdẽ de babylonica iudæorų ſeruitute uel oppreſſione di
ci non poteſt: cum p id temporis per omnes terminos orbis iudæi nõ fuerint
diſpſi. Impræſentiarũ uero an p omnes mundi partes & inter omnes natiões
ac populos uagi ſint atque diſperſi ſciunt ipſi ac ſentiunt: & nos etiam non
ignoramus. Superſtitioſa itaque ac falſa ſpe circũducitur iudæus qui aſſe/

rit uenturũ meſſiach: uenit ipſe ꝑfecto ſicuti apte oſtenſum eſt. At ſi rurſus ueniet ad iudæoꝝ quos nõ pænituerit animaduerſionẽ ueniet magnuſ atque horribilis ut malachias. c. ultimo inquit. Et ne latius q̃ ratio poſtulat euagemur deſcẽdamus ad id quod in hoc certamine ꝓpoſiti noſtri liqdum eſt atq; potiſſimum ad iudæoꝝ inſaniam oſtẽdendã: & ad rem noſtram ſiue cauſam tũendã atq; merito amplificandã: ut potiti uictoria hoc ultimo conflictu armis utiq; rõnis ĩ hoc myſterio poſſimus merito de hoſtibus triumphare:

Malachiaſ

Habent hebræi ut clarum eſt ſeptẽ & uiginti litteras Aleph. Bet. Gimel. Dalet. He. Vau. Zaim. Het. Tet. Iot. Caph. Haph. Lamech. Men. Men. Nũ. Nũ. Samech. Ahim. Pe. Fe. Zadech. Sadech. Coph. Res. Sim. Thau. Harum etenim litterarum qnq; duplicant̃. He. Caph. Men. Nũ. Zadech. Mẽ nãq; altera ſcribitur hoc modo מ quã uocant iudæi men aptam & ſemper aut in principio aut in medio dictionis & nunq̃ in fine ponit̃. Alterã uero dicunt clauſam & ſic ſcribitur ם quæ ponitur ſemp in fine dictionis & nunq̃ uel in principio uel in medio: quarum lr̃arum uim ſiue naturã etiam in primo capite attigimus. Eſaias nãq; ubi. c. viiii. ait. Paruulus enim natus eſt nobis & ĩfra multiplicabitur eius imperium: ibi multiplicabitur uerbũ iſtud ꝓferunt hebræi lemarbe in qua dictione. m. littera in medio poſita men uocatur ab eis: quæ men hoc in loco tantum præter naturã ſuã apud hebræos clauſa reperitur: tã et ſi uis eius in medio dictionis ut apta foret queãdmodũ diximus naturaliter reqrat. Quare rabi hauchu thalmutiſta magno ingenio atq; doctrina uir ut aiunt hebræi quærit in ſenhedrim guazit. c. col iſrael & c. ultimo men littera quæ poſita eſt in medio huius dictiõis lemarbe cur clauſa ſit præter eius uim atq; naturã? Demum ipſe ſibimet reſpondet: deus inqt uolebat tunc ezechiam facere meſſiach: quod intelligẽs uirtus iudicialis coram deo cõparuit: dixitq; domine mundi noſti regem dauid ꝑmulta tibi ac uaria ad laudem nominis tui carmina ſiue cantilenes ædidiſſe: quẽ tamẽ noluiſti uel facere uel cõſtituere meſſiach. Ezechiam aũt q nihil ad gloriã maieſtatis tuæ cecinit. Cur meſſiach ipſum facturus es: tunc uox quædam audita dixit (ut dicit rabi iſte) ſecretũ meũ mihi ſecretũ meũ mihi ue mihi: & ait rabi ſolomon in gloſa ſua illã fuiſſe uocem dei: necnon ſecretum illud eſſe tempus aduẽtus meſſiach: iccirco deũ dixiſſe ſecretum meũ mihi ſecretũ meum mihi: & quod ſeqtur ue mihi dictum eẽ ab eſaia cupiente aduentũ ipſius meſſiach. At deus oĩum ſaluator pius domius noluit ſecretũ iſtud chriſtianos fugere: quod & itidem ipſe etiã ad iudæoꝝ cõuincendam maliciam eoꝝ doctores ſiue thalmutiſtas noluit ignorare. Pro cuius ſecreti declaratione ſciẽdum eſt q̃libet lr̃am hebræam habere numerũ ſuũ: & prima quæ aleph dicitur habet numeri principiũ quod ẽ unũ. Bet duo. Gimel tria. Dalet quattuor. He qnq;. Vau ſex. Zaim ſeptẽ. Het octo. Thet nouẽ. Iot decem. Caph uiginti: Haph. xx. Lamech. xxx. Men. xxxx. Men. xxxx. & iſta ſecunda littera men

Alphabetũ hebræũ

Eſaias:

Ra. haue: Sen. gua.

Arimethica iudæo.

eſt illa clauſa poſita in medio dictionis lemarbe cõtra naturam litteræ ut dictũ eſt. Num. xxxxx. Num. xxxxx. Samech. lx. Hai. lxx. Pe. lxxx. Fe. lxxx. Zadech. lxxxx. Sadech. lxxxx. Coph. c. Reſ. cc. Sim. ccc. Taph uel thau. cccc. hæc eſt arimethica iudæoꝝ hoc eſt eoꝝ litteræ ſunt figuræ apud eos arimethicæ artis. Q ua re ſi qs tempus aduẽtus meſſiach ſcire uoluerit accipiat numerum ultimæ litteræ quæ eſt thau q numerus eſt. cccc. poſtea numeretur ab aleph quæ ẽ prima littera uſq; ad men clauſam: de qua eſt ſermo & in qua conſiſtit principium & finis tẽporis aduentus meſſiach multiplicatis litterarum numeris: ut ibi ſcriptum eſt inueniet numerum. ccv. q ſimul cõiũcti numero. cccc. illius litteræ taph ſiue thau. efficitur numerus. ccccccv. Tempus erat regni achaz filii ioathã quãdo eſaias men litterã clauſam ſcripſit in medio dictionis illius lemarbe: a quo tpe uſq; ad mortem chriſti ob quã impleta ſunt oia & conſũmata quæ de meſſiach hoies dei diuinitus prædixerũt ſi qs annos diligenter cõnumeret æque annos habebit. ccccccv. Et iſtud ipſũ fuit ſecretum illud quod deus dixit ſecretũ meum mihi: ſecretũ meum mihi: quodq; per litteram men clauſam uoluit oſtendere præter naturam litteræ. Veritas hæc ut in lucem prodeat ſũmentur anni a tẽpore regni achaz in quo a propheta men littera clauſa fuerit. Regnauit achaz annis. xvi. cui ſucceſſit ezechias q regnũ adminiſtrauit annis. xxviiii. quo mortuo manaſſes hoc regio munere annis. lv. functus eſt: cui ſuffectus eſt Amon: qui poſt duos annos continuo diem ſuũ obiit: poſt quem Ioſias rex effectus annis. xxxi. in regno uitam duxit: cuius regimen Ioakim q alio noie nũcupatus heliachim annis. xi. gubernauit: rexq; poſtea inſtitutus Sedechias q mathathias prius uocabatur regno ipſo annis. xi. potitus eſt: & habentur hæc oia. iiii. R. quibꝫ annis ſimul coniunctis efficitur numerus. clv. quo tempore ſcilicet anno undecimo ſedechiæ iudæorũ populus in babylonẽ tractus ſeptuaginta annos ſeruitute fuit oppreſſus: qbus expletis rurſus in libertatem iudæi priſtinã reſtituti templũ cõtinuo ædificare cœperunt quod uſq; ad ueſpaſianum annis ccccxx. cõſtitit: queadmodũ & iudæi ipſi teſtant & affirmãt. Ex qbus oibus ſupradictis annis ſimul numeratis oritur numerus. dcccccxxxxv. ex quibus ablatis annis. xxxx. q poſt mortem chriſti fluxerunt uſq; ad deſtructionẽ tẽpli a ueſpaſiano factam habent anni. ccccccv. quod tempus hebreæ litteræ ſonant uſq; ad men clauſam (ut ſupra uidimus) æque præciſum atq; determinatum. Hoc igitur illud eſt iſtis oibus diligenter diſcuſſis quod men clauſa ĩ dictione illa lemarbe litteræ natura repugnãte etiam ſignificare uoluit: nec non & illud ſecretum meum mihi: ſecretum meũ mihi: ut habetur eſaiæ. c. xxiiii. quod & iudæi ipſi ſentiunt neq; inficiari poſſunt cum a doctoribus ſuis ratio hæc adducta ſit atq; penitus approbata.

Achaz
Ezechias.
Manaſſes
Amon.
Ioſias
Ioakim
Sedechia
Eſaias.

Et cum iudæoꝝ ingenium ſit uel natura ueritati quam ipſi etiam non ignorãt pro tuẽdis erroribus ſuis frequentius repugnare inſurget eoꝝ aliqs dicturus

fortaſſe ꝙ anno quarto regni achaz clauſerit eſaias men lr̃am. Igitur annoꝝ numerus q̄bus regnarũt reges ipſi: q̄ fuit numerus. ccccccci. non correſpõdet numero litterarum q̄ eſt numerus. cccccv. nam ablatis quattuor annis ex illis q̄bus regnauit achaz: cum quarto anno regni illius (ut dictum eſt) q̄ erat pene elapſus ꝓpheta men litteram clauſam ſcripſerit: ſolum ſupeſt annorum numerus. ccccci. Ergo iter rõnem annoꝝ alphabeti iudaici: & rationẽ ipſorum regũ anni quattuor interſunt. Vnde non parũ erroris his q̄dem rõnibus ſubductis oſtendiť. Item eſto ꝙ inter ſe numerus uterq; conueniat rõne ſupe rius adducta: tamen annoꝝ numero q̄bus reges regnum adminiſtrarunt: ſex menſes ẽt omnino addi debent: nam inter ioſiam & eliachim ſiue ioakim tribus mẽſibus regnauit ioachaz. Inſup inter iſtũ ioakim & ſedechiã alter ioachim illius ioakim filius tribus aliis mẽſibus adminiſtrauit regnũ: quẽadmodum legiť. iiii. Re. xxiii. & . xxiiii. necnon. ii. paralypomenõ. xxxvi. Quapropter a tẽpore quo ſcripſit propheta men clauſam uſq; ad mortẽ chriſti ſecũdum rõnem ſupius adductã fluxerunt anni. cccccv. q̄bus ſex illi menſes omnino addi debent: q̄bus coniũctis exoriť numerus. cccccv. & mẽſes ſex q̄ numerus nõ correſpondet numero. cccccv. habito ex alphabeto hebræo eo modo & ordine deducto quo dictum eſt ſupra.

Ratio igitur hæc a ueritate diſcedit & nullo fundamento ſtabiliri põt q̄n meſ-
Re. ad art. ſiach uenerit. Non eq̄dem miror ſi iudæus in hoc lapſus fuerit cũ eius pedes cõcuſſi ſint atq; inſtabiles & ultro cadere non curet cũ facile ſcripturarũ adminiculo ſi illud nõ negligeret fideliter etiã ſtaret: Delirare enim a recto itinere ueritatis facile ẽ: ſcire aũt eam difficile quando humana mẽs erroribus ſponte trahitur. Iudæi aũt obiectio quantum ponderis i ſe habeat: uiderint
Geneſeos. de ſacris litteris benemeriti. Deus nãq; abraã alloquens geneſeos: c. xv. ſcito prenoſcens ait ꝙ peregrinum ſit ſemen tuum in terra nõ ſua: & ſubiicient eos ſeruituti & affligent quadrigentis annis. Fuit enim hæc ſeruitus & affli-
Exodi. ctio illa qua obſtricti fuerunt iudæi in egypto ſub pharaone: tamẽ exodi. c. xii. legiť iudæos in captiuitate ipſa fuiſſe. ccccxxx. annis. Ibi eni ſic habeť habitatio aũt filioꝝ iſrael q̄ manſerunt in egypto fuit quadringẽtorũ triginta annoꝝ. Ex quo apparet manifeſte ꝙ ex eadem re oriatur differentia annorum triginta. Item geneſeos: c. vi: dicit deus nõ ꝑmanebit ſpũs meus in hoĩe in æternũ q̄a caro eſt: erũtq; dies illius centũ uiginti annoꝝ: & tamẽ. c. xxv. eiuſdem ſcribiť uixiſſe abraã. clxxv. annis: & iſaac. clxxx. ut habeť eiuſdem c. xxxv. Sacra q̄dem ſcriptura nõ ſic mentiť tẽpus examuſim ut trahit iudæus. Igitur ſatis ſupq; eſt ꝙ ratione ſuperius deducta extractis etiam illis quattuor annis uel adiunctis illis ſex menſibus meſſiach uenerit. Diſcant itaq; iudæi atq; intelligant ſalutis ſuæ atq; beatitudinis ꝓmiſſam a deo ueritatẽ: neq; longius tempus differãt expectãdo meſſiach: q̄ iãdiu humanus uenit pius humilis placidus totuſq; benignus at qui rurſus cũ uenerit ueniet magnus ſe

uerus atq; terribilis: quoniã malachias. c. ultimo loquẽs de meſſiach ſecũdo aduentu inquit ueniet dies domini magnus & horribilis: & ad eorũ quidem ultionem atq; inexpiabilẽ pænã ueniet: quia lex ueritatis nõ eſt in ore ipſorũ neq; ueritatem meditatur gutur eorũ: ea enim ipſa eſt: qua ciuitates firmãt leges ſtabiliuntur & hominũ uita incolumis conſeruatur pax ubiq; inſeritur animarum ſalus acquiritur: qua pulſante paradiſi porta aperitur ſpiritus ſanctus clamat hanc exquiſiui a iuuentute mea & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere & amator factus ſum formæ illius: ſcribit hoc ſapientiæ. c. vii. hæc igitur paradiſum regit huic omnes beati obædiunt: parent angeli: ipſa eſt in qua omnis beatitudo conſiſtit: q deus eſt: ait ipſe ioannis. xiiii. c. ego ſũ uia & ueritas: uia enim quia mortalitate indutus qcqd ad bene beateq; uiuendũ cogitari dici atq; effici põt: edocuit nos atq; inſtruxit ueritas inqt etiam ipſe ego ſum quoniam ipſum ſancti aſſidue contemplant uidentq; & eius æterna fruitione congaudẽt. Iccirco clamat zacharias. c. viii. ueritatem tantũ diligite. Iudæi tamẽ hanc negligunt aſpnant atq; piiciunt & ptinaci obſtinatione circũſepti dicunt nõ uenit meſſiach: quod malũ præuidens hieremias. c. iii. ait uere mẽdaces erãt colles & multitudo montiũ hoc ẽ ſacerdotes & pharifei q per mẽdatia ſua chriſtum crucifigendũ petierunt & ab eius fide atque religione iudaicũ populũ auerterunt: ideo. c. iiii. idem inqt ſtultus populus meus & nõ cognouit filii inſcipiẽtes ſunt & uecordes &. c. v. populo autem huic factum eſt cor incredulum. &. c. vii. ecce uos confiditis uobis in ſermonibus mẽdacii: quã prauitatẽ deus redarguẽs ait p hieremiã. c. iiii. laua a malicia cor tuũ ieruſalẽ ut ſalua fias: hanc iudæi ſalubrẽ admonitionẽ hoc dulciſſimũ præceptum quoniã obaudiunt p eũdem ipſe. c. vii. dicit non audierunt me nec inclinauerũt aurẽ ſuã ſed indurauerunt ceruicẽ ſuã & peius opati ſunt q̃ patres eorũ: & infra: hæc ẽ gẽs quæ nõ audiuit uocẽ domini dei ſui: nec recepit diſciplinã: periit fides: & ablata eſt de ore eorũ: ppterea ſequitur tonde capillũ tuũ & proiice & ſume in directũ plãctum: quia piecit domius & reliquit generationẽ furoris ſuis: quia fecerũt filii iuda malũ in oculis meis dicit dominus. Et. c. viii. ab eodẽ etiã dicit appræhenderũt mẽdacium & noluerũt reuerti: attẽdi & auſcultaui & nemo quod bonũ eſt loquit: nullus eſt q agat pænitẽtiam ſup peccato ſuo dicẽs: qd feci: oẽs cõuerſi ſunt ad curſum ſuũ quaſi equs impetu uadẽs in præliũ. miluus in cœlo cognouit tẽpus ſuũ: turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduẽtus ſui: populus aũt meus nõ cognouit iudiciũ domini: quomodo dicitis ſapiẽtes nos ſumus & lex domini nobiſcũ eſt: uere mendaciũ opatus eſt ſtilus mẽdax ſcribatum. Cõfuſi ſunt ſapiẽtes perterriti & capti ſunt: uerbũ enim domini proiecerunt & ſapiẽtia nulla ẽ in eis: ppterea. c. viiii. inqt. ecce ego cibabo populũ iſtũ abſinthio & potũ dabo eis aquã fellis & diſpergã eos in gẽtibus quas nõ nouerũt ipſi & pr̃es eorũ: & mittã poſt eos gladiũ donec cõſumantur: & itidem

Sapientia

Ioannes

Zacharias

Hieremias

Ezechielē. ſcribitur apud ezechielem.c.iiii.ego quoqꝫ cōfringam & non parcet oculus meus & non miſerebor: tertia pars tui peſte morietur: & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo. tertiā uero partē in oēm uentum diſpgam. & gladiū euaginabo poſt eos: & complebo furorē meum: & requieſcere faciam indignationē meā in eis: quoniā noluerunt attē dere: & auerterunt ſcapulas recedētes: & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent: & cor ſuū poſuerunt ut adamātem ne audirent legem & uerba quæ miſit dominus exercituū in ſpū ſancto ſuo p manum ꝓphetarum ſuoꝝ. Et īfra diſpſi eos p omnia regna: quæ neſcierunt: & terra deſolata eſt ab eis eo ꝙ nō eſſet tranſiens & reuertens.

His itaqꝫ idoneis præconibus q acriter iudæorum errores redarguunt ueritas ipſa uim ſuam oſtendit: & expugnata illoꝝ falſitate ab ipſis aſſertoribus ueritatis tum diuinis oraculis tum ſuoꝝ doctoꝝ teſtibus: nō poſſunt & ipſi nō fateri iādiu tempus præteriiſſe aduētus meſſiach. Et ego totiens cum qbuſdam iudæis q & ingenio atqꝫ doctrina ꝑut imbecillitas humana patit̄ diſceptationem habēs: & ipſoꝝ imprudentiā atqꝫ cæcitatē non parū admirās per contatus ſum diligentiſſime: cū mihi iure aliquo pſuadere nō poſſim re ipſa animo ſi firmiter teneant adhuc nō ueniſſe meſſiach. qui oratione habita lōgiori abſcōſam tādiu in ſe ueri cognitionem nequerunt ulterius retinere ueritatis uinculo obſtricti: cōfitentes meſſiach ꝓculdubio ueniſſe: ſed huic ueritati uenenum quoddam falſitatis inſerunt. degere ipſum ultra montes caſpios maioris armeniæ terminos: expectātem dei mandatū ipſi ꝓmiſſum ut filios iſrael a ſeruitute redimat: quæ loca aiunt iudæi nemo adire pōt intercedente flumine quod ſabbaticū uocāt: quodqꝫ nullū prorſus obtinet exitum: cuius circūferentia.xxx.obducit̄ milliaribus fluctuſqꝫ eius adeo efferuntur. quottidie præter diē ſabbati ꝙ illud qdem ptranſire nemo queat. Sabbatinis aūt diebus. cum diuina lege cautum ſit ne qs ultra milliare ꝓgredi poſſit neqmus hoiem dei nuncium adire meſſiach. Falſa hæc fabula eſt & cōmenticia: & a ueritate penitus aliena ut uidebit̄ quæ nō modo qd oppugnet: ſed etiam quid loquatur neſcit: nam quo fundamēto moueat̄ aſſertor huiuſmodi falſitatis ignorat ipſemet. qppe qui interrogatus quomodo ſcit: inqt audiui. Sicqꝫ rudis ille atqꝫ inſolens ueritatem lacerat inepta quadā auditione atqꝫ mendatioꝝ natura ꝓfana relinquēs cæteris ſuis errorē fidei: ignorātiāqꝫ bene agendi: atqꝫ ſūmæ beatitudinis cæcitatem. At ꝑfecto uerum duximus ſabbaticum dari fluuiū: cuius natura iudæorum opinioni atqꝫ ſentētiæ paulo ante ab eis in medium adductæ penitus repugnat: quēadmodum habetur apud ioſephum de bello iudaico.c.xxxv.libro.vii.ubi ſic ſcribit̄. Princeps uero titus: & ſequitur infra. Conſpicit autem in itinere fluuium cognitiōe digniſſimum: is fluit medius inter arcas: & raphaneas agrippæ regni ciuitates habet quoddam peculiare miraculum. Nam cum ſit quando fluit plurimus

neq; meatu ſegnis. Tamen interpoſitis ſex diebus a fontibus deficiẽs ſiccum exhibet locum uidere. Deinde quaſi nulla mutatione facta ſeptimo die ſimilis exoritur: atq; hunc ordinem ſemper eum obſeruare pro certo compertum eſt: unde etiam ſabbaticus appellatus eſt: a ſacro iudæorũ ſeptimo die ſic nominatus. Ego autem ut de his certior fierem: cũ aures meas aduolaſſet apud barnabã celſanum meum ioſephi codicem græcum eſſe: oratum illum uolui ut lectionem ipſam quam ſuperius attigimus in latinum ex græco mihi excriberet. Ille uero uti ſingularis latinæ linguæ ſplendor: ac grææ optimus iterpræs mihi morem gerens ſuas ad me litteras dedit: narrauitq; examuſim oĩa quẽadmodum ipſe apud ioſephum latinæ perlegi. Hac ueritate adhuc non contentus conuenire uolui fran. peruſinum: ciceronem alterum alterũq; homerum: atq; uirum ſane omni uita probatum: & quod mihi celſanus iterpræ tatus eſt: itidem peruſinus meus proculdubio ſenſit & affirmauit & uterque eorum latinæ his uerbis mihi expoſuit a ioſepho græce ſcriptũ. Conſpicit in itinere fluminis naturam admiratione dignam: fluit eni medius inter arceas agrippe regni: & raphanæas: habet autem admirabilem proprietatem: multus enim exiſtens quando fluit: & impetu non otioſus: deinde a fontibus deficiens: ſex dierum numero ſiccum dat uidere: poſtea tanq̃ nulla facta mutatione: ſimilis ſeptimo die redditur: Et hunc ſemper ordinem & diligens permanet cuſtodiens. Vnde iam & ſabbaticum ipſum uocant a ſacra iudæorum hebdomadæ ſic nominanteſ. Ex quibus uerbis manifeſte uidetur iudæorum error uoluntarius atq; falſitas: quam ioſephus iſte uir doctiſſimus adeo i lucem protulit: & declarauit: q; non ſolum iudæi repræhenſione digni ſũt ſed etiam caſtigatione acerrima mulctandi. Alii uero iudæorũ pleriq; quos hæc ſtultitia nõ fugit: admittũt aduerſum ſibi deliramentum aliud: & uagari adhuc inqunt p orbẽ: meſſiach ignotus miſer atq; abiectus. Ipſumq; præterea i loco eẽ nonnulli hebreoꝝ aſſerunt ſemoto atq; ſecreto: quouſq; dabit̃ ei facultas a deo redigendi populũ iſrael ad priſtinã dignitatẽ: & ſic eoꝝ mens improba & uaria atq; multiplex: & animus fallatiarũ tabe infectus aut comprehẽdere ueritatẽ aut ad eius cognitionẽ accedere minus põt: neq; ſolũ uatibus a deo miſſis: ſed & rõnibus ẽt: quo nihil deterius: & doctoribus ſuis ſuperbe & iportune repugnat: o dementiã inſanabilẽ: qd turpius: qd flagitioſius q̃ ſeſe relicto ueſtigio ſecuri itineris ultro humanis ifortuniis atq; perpetuæ dãnationi offerre? Sciũt nãq; iudæi: & ſuo expiunt̃ malo ſe itollerabilis ſeruitutis uinculis eẽ obſtrictos: opprimiq; eos nõ latet ſi pͅbe uaticinia prophetaꝝ lectitauerint inexpiabili pæna atq; cruciatu æterno: & tamẽ huic impietati ſuæ nõ cõſulunt amplectẽtes ueluti iſani ac furioſi ſupuacua atq; ſupſtitioſa omni rõne carẽtia. Ideo ſcribit̃ eſaiæ. c. v. captiuus ductus eſt populus meus quia non habuit ſcientiam. Et apud oſeã. c. iiii. qa tu ſciam repuliſti repellã te. Et apud hieremiẽ. c. ii. nunqd non iſtud factũ ẽ tibi? qa dereli

quiſti dominum deum tuũ eo tempore quo ducebat te ꝑ uiam: & ſequitur arguet te malicia tua & auerſio tua ícrepabit te. Scito & uide qa malũ & amarum ē reliqſſe te dominũ deũ tuũ: & non eẽ timorẽ eius apud te dicit dominus exercituũ: & infra oẽs dereliqſtis me dicit domius fruſtra pcuſſi filios ueſtros: diſciplinã nõ receperunt. Vnde liqdo apparet oĩs iudaici erroris fontẽ eẽ ignorantiã atq; ſanctarũ lrarum ꝓiectionem: iccirco a bono ad malũ trãſcendũt ſuoq; arbitrio uiuũt abſq; omni rõne bene uiuendi atq; cognitiõe recti. Hos igitur relinquamus confuſos atq; ꝑditos qui ſuo ſe gladio tanq̃ deliri ac furioſi turpiſſime iugularunt.

Quintum caput ꝙ ieſus marie filius fuit ille meſſiach: quẽ prophetæ cecinere futurum ad noua lege homines inſtruendos.

CONFIRMATVM Eſt ſatis (ut opinor) myſterium elapſi tẽporis aduentus meſſiach quod falſum ducitur a iudæis & in iſto carcere ſtultitiæ incluſi: ueritatis lumine priuati arroganter inqunt chriſtum noſtrum nõ fuiſſe uerum meſſiach: Neq; enim uereor ut in hoc etiam tanto certamine nobis nõ faueant ꝓphetarũ oracula: ratio atq; ueritas: cuius ui ac poteſtate ſicut in ſingulis ante actis certaminibus ita & in hoc ultimo ſpero me de hoſtibus triumphaturum: uidebimus adeo clare adeo aperte chriſtum ſaluatorem noſtrum fuiſſe uerum meſſiach ꝙ poterit litterarũ ignarus & rationis expers dignoſcere non difficile nos recta proficiſci: & iudæos dillabi in præcipitium & in mortem: Legi ipſe moſi libros omnes ac prophetarum codices frequentius & ſũmo ſtudio & lucubratione: ex quorum clariſſimo fonte noui decem riuulos emanare: hoc eſt decem conditiones meſſiach congruentes: quibus declarabitur non obſcure omiſſis cæteris non opportunis chriſtum mariæ filium fuiſſe uerum meſſiach.

Prima itaq; conditio eſt ꝙ meſſiach ante tempus deſtructionis ſecundi templi naſci debebat: hoc etenim in quarto capite accumulate oſtendimus etiã quẽadmodum ſentiunt hebræorum magiſtri atq; doctores: & illud ipſum habeť itidem in bereſit raba apud eos: ubi dicit rabi ſamuel q impræſentiarum a iudæis nominatur nachmani: ꝙ die qua dirruit templum natus erat meſſiach: & quærit ipſe doctor quomodo poteſt iſtudipſum probari: & ſibi ipſi reſpõdet dicens habetur hoc eſaiæ. c. ultimo anteq̃ parturiret peperit: anteq̃ parturiret peperit maſculum: in eadem enim hora qua dicit ipſe facta eſt templi deſtructio exclamabat iſrael tanq̃ mulier parturiens quẽadmodum inſtruit caldaica tranſlatio anteq̃ ueniret ei anguſtia: & anteq̃ ueniret ei dolores partus: reuelatus eſt meſſiach. Hoc idem ab eodem rabi in eodem libro dicitur & affirmatur: nam ut ipſe inquit tempore quo templum cecidit: helias per

Rabi ſa. nachmani

Eſaias

Caldaica tranſlatio

Helias

ambulans audiuit uocem quãdam templum ſanctum dirruitur: cogitabat il le ꝙ mundum deus deſtruere uellet: cũq; ulterius helias proficiſceretur homi nes inuenit arantes: quibus dixit mundo deus iratus eſt quippe qui decreuit templum deſtruere: igitur ueſter labor omnis uanus eſt: tunc & altera uox ab eodem audita eſt: ſine eos facere quia natus eſt ſaluator iſrael. Quare cũ cla rum ſit chriſtum noſtrum ante dirruptiõem templi. lxx. annis extitiſſe addi/ tis cõditionibus ſequẽtibus conſtat ꝑculdubio ipſum fuiſſe uerũ meſſiach.

Secunda conditio eſt ꝙ meſſiach naſci debeat in bethleem: colligitur hæc ue ritas apud micheam. c. v. Et tu bethleem ephrata paruulus es in milibus iu/ da: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in iſrael. Locus iſte uocatus ẽ pri mo ephrata: nam caleb filius eſron mortua uxore ſua azuba alterã duxit no/ mine ephrata: a qua locus ille nomen accepit: poſtea uero ob ſegetum fertili tatem ibidem affluentem poſt multam famẽ quæ tempore elimelech accide/ rat: hic locus bethleem eſt appellatus: hoc eſt domicilium panis. hinc tribus regia fuit: hinc oriundus dauid: ſcribitur hoc. i. Re. xvi. Super quibus uer/ bis ex te mihi egredietur qui ſit dominator in iſrael: ait rabi ſolomon hic eſt rex meſſiach filius dauid. Idem habetur a rabi ſamuele nachmani in bereſit raba ꝙ quando helias de quo antedictum ẽ audiuit illam uocem ſine illos fa cere: quia natus eſt ſaluator iſrael: tunc reſpondit ubi eſt natus: & uox dixit in bethleem iuda. Publicis igitur his auctoritatibus & per ſe notis meſſiach in bethleem naſci debere nulli dubium eſt: quo in loco natum chriſtum dici/ mus atq; fatemur. Et cum huiuſmodi ueritatis cognitionem de ſaluatore no ſtro iudæi corrupti ac uitioſi in ſuum pectus non admittant: ad noſtros con fugere ut illuſtretur ueritas neceſſe eſt: hoc enim atteſtatur mattheus. c. ii. Cum natus eſſet ieſus in bethleẽ in diebus herodis regis. Et lucas. ii. c. Aſcẽ/ dit autem ioſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudæam ciuitatem dauid: quæ uocatur bethleem eo ꝙ eſſet de domo & familia dauid ut ꝓfiteretur cũ maria deſponſata ſibi uxore prægnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi im pleti ſunt dies ut pareret: & peperit filium ſuum unigenitũ. Ergo & per hanc indubiam conditionem chriſtus fuit uerus meſſiach.

Micheas

Li. i. re.

Ra. ſo.

Ra. ſamu.

Mattheus

Lucas.

Tertia conditio eſt ꝙ meſſiach de uirgine naſci debeat: hoc etenim ĩ primo ca pite ſatis ſuperq; enucleauimus: ꝙ autem chriſtus de uirgine natus ſit: habe/ tur matthei primo. Ecce angelus domini apparuit in ſomnis ioſeph dicens. Ioſeph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt: quod itidem lucas. c. i. affirmat. & reſpon dens angelus dixit ei: ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideo & quod naſcetur ex te ſanctum uocabitur filius dei. Ex quibus conſtat chriſtum natum fuiſſe de uirgine: ergo chriſtus fuit ue/ rus meſſiach.

Mattheus

Quarta conditio eſt qđ meſſiach pauper eſſe debeat: ſcribitur hæc ueritas

zacharias. zachariæ capitulo.viiii.exulta ſatis filia ſyon: iubila filia ieruſalem: ec/
ce rex tuus ueniet iuſtus & ſaluator: ipſe pauper & aſcẽdens ſup aſinam & ſu
per pullum filium aſinæ: quæ uerba intelligi de meſſiach tã iudæi q̃ chriſtia
ni ſentiunt & affirmant & imprimis rabi ſolomon ſup eiſdem ait ſcripturam
iſtam non poſſe intelligi: niſi de rege meſſiach de cuius paupertate etiã egy/
Ra.ſo. ptius ille rabi moſes prædicator magnus apud hebræos ſup uerbis illis gene
Ra.mo. ſeos.c.xxxxviiii.ligãs ad uineã pullũ ſuũ & ad uitẽ o fili mi aſinã ſuam: uel
egy. ut hebræi dicũt & ad palmitẽ filiũ aſini ſui: inqt patriarchã iacob his uerbis
Geneſeos. meſſiach pauptatem prædixiſſe. Habet etiã in pſalmo.lxxxvii.de ipſo meſ
ſiach: paup ſum ego & in laboribus a iuuentute mea.
Legit inſuper in ſennhedrim guazit.c.col iſrael: ꝙ rabi ꝗdam ioſua iuxta pa
radiſi ianuã uidẽs heliã ac ſymeonẽ ait illis ad gloriã dei me cõferre decreui:
cui tunc illi dixerunt: dominus ſi uoluerit. Et dicit rabi ioſua eodẽ capite du
os uidebã tantũ uiros trium aũt uox mihi ad aures uolabat: & dicit rabi ſo/
lomõ ſup iſtis uerbis ꝙ uox illa tertii audita a rabi ioſua fuit gloria dei: quæ
erat una cũ ſymeone & helia. Tũc rabi ioſua: meſſiach quando uenturus fo
ret ab eis ſtudioſiſſime quæritauit: cui reſponderũt uade & inuenies: ubinã
inqt inueniam? aiunt prope portã urbis romæ: qbus tũc ioſua: qbus inſigni
bus ornatus eſt? paupertate inqunt dolore atq; uulneribus: quẽadmodũ ſcri
ptũ eſt eſaiæ.c.liii.uere lãgores noſtros ipſe tulit & peccata noſtra ipſe por/
Eſaias. tauit: & nos reputauimus eum quaſi leproſum: percuſſum a deo & humilia/
tum. Tunc his auditis romã cõtulit ſe cõtinuo rabi ioſua & inuenit meſſiach
dicens illi domine quando uenturus es? inqt ille hodie: & cũ dies elapſi fuiſ/
ſent q̃plurimi uidens ioſua non ueniſſe meſſiach reuerſus ad heliam ait meſ/
ſiach fefellit me: dixit hodie ſe uenturũ & non uenit: ad quẽ helias: uere meſ
Pſalmus ſiach non decæpit te: nam ſcribit pſalmo.lxxxxiiii.hodie ſi uocem eius au/
dieritis nolite obdurare corda ueſtra. Apparet itaq; ꝙ meſſiach debeat eſſe
pauper: ſed chriſtus natus eſt pauper & dum uixit pauper extitit igit fuit ue
rus meſſiach hoc ut ita fuerit: legimus apud lucam.c.ii. Aſcendit autem io/
ſeph: & ſequitur: ut profiteretur cum maria deſponſata ſibi uxore: & infra
quæ peperit filium ſuum unigenitum: & pãnis eum inuoluit: & reclinauit eũ
in præſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio: quibus uerbis (ut patet re/
cte conſideranti) oſtenditur chriſti maxima paupertas. Hoc ipſum etiam le
Mattheus gimus matthei.xxi.c. Cum appropinquaſſet ieſus hieroſolymis: & ueniſſet
betphage ad montem oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in
caſtellum quod contra uos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pul
lum cum ea: ſoluite & adducite mihi: & infra: & adduxerunt aſinam & pul
lum & impoſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua: & eum deſuper ſedere fecerũt:
Itidem marci.c.xi. Cum appropinquaſſet ieſus hieroſolymæ & bethaniæ
Marcus. ad montem oliuarum mittit duos ex diſcipulis ſuis & ait illis. Ite in caſtellũ

quod contra uos eſt: & ſtatim introeuntes illuc inuenietis pullum ligatum & ſequitur ſoluite illum: & adducite: & infra & abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum: & infra & duxerunt pullum ad ieſum: & iponunt illi ueſtimenta ſua & ſedit ſup eum: & lucas idem ſcribit. c. xviiii. Et factũ eſt cũ appropinquaſſet ieſus ad betphage & bethaniam ad montẽ q uocat̃ olıueti miſit duos diſcipulos ſuos dicẽs. Ite in caſtellum quod contra uos ẽ: in quo introeuntes inuenietis pullũ alligatũ & ſequitur ſoluite illũ & adducite: & ſequitur: abierunt aũt q miſſi erãt & inuenerũt ſicut dixit illis ſtãtẽ pullum: & infra: & duxerunt illũ ad ieſum: & iactãtes ueſtimenta ſua ſup pullum: impoſuerũt eũ. His itaq; oĩbus pcipit̃ chriſtũ fuiſſe q̃ pauperrimũ: nã aſina iſta & pullus eius iuxta portam ieruſalẽ poſiti erãt ad cõmoditatẽ pauperum: q ſup æquos ac iumẽta alia ob inopiam equitare uel agere ad uſum ſuũ aliqd abſq; aliquo aĩali non poterant: ipſi etenim expeditis negociis ſuis ipſos ad locũ unde traxerant reducebant ne cæteri pauperes eo cõmodo priuarent̃. Hoc aũt ſtatutum factum ẽ a iudæis ne deſtitui pauperes ab omni humano ſuffragio uiderentur: & quæ ab eis agenda forẽt ab eiſdem etiam pfici poſſent: neq; licebat aliis q̃ paupibus uti aſina uel pullo eius. Chriſtus nãq; cum ueniret ieruſalẽ eqtãs ſup eum cõſtat pauperrimũ extitiſſe. Ipſe profecto pauptatem ſemper amauit atq; ſecutus eſt: ac cæteris oĩbus perſuaſit: quẽadmodum habetur marci. c. x. uade quæcũq; habes uende & da paupibus. Et infra. Filioli: q̃ difficile eſt confidentes in pecuniis i regnum dei introire. Facilius eſt camelũ p foramen acus tranſire q̃ diuitem introire in regnũ dei. Iſtudipſum ſcribit mattheus. c. xviiii. ſi uis pfectus eſſe: uade & uende oĩa quæ habes: & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlo: & ueni & ſequere me. Et infra: amen dico uobis quia diues difficile intrabit in regnũ cœlo℞. Et lucas. c. vi. beati paupes quia ueſtrum eſt regnum cœlorum: & infra: ue uobis diuitibus qui habetis conſolationem ueſtram. His itaq; cõſideratis non dubium eſt qn chriſtus fuerit pauper. Igitur cæteris cõditionibus appoſitis uerus meſſiach fuit.

Lucas.

Marcus

Mattheu

Lucas

Quinta conditio eſt q; meſſiach debeat eẽ deus & homo quod in ſecundo capite a nobis: q̃plurimis auctoritatibus & rõnibus ibidem adductis & expreſſis oſtenſum eſt atq; declaratum: q; ueritas inſup ita ſe habeat q; chriſtus fuerit deus & homo manifeſte apparet ioãnis primo. c. & uerbum caro factum eſt: & habitauit in nobis & uidimus gloriam eius gloriam quaſi unigeniti a patre: &. c. x. ego & pater unum ſumus. Et lucæ. c. iiii. Exibant autẽ demonia a multis clamantia & dicẽtia: quia tu es filius dei. Et matthei. c. xvii. adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce uox de nube dicens: hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui ipſum audire. Et marci. c. iii. Et ſpiritus imundi cum illum uidebant: procidebãt ei & clamabant dicentes tu es filius dei: ergo chriſtus fuit uerus meſſiach.

Sexta conditio eſt ꝙ reges orientales ad uenerãdũ meſſiach ſe cõferre debeãt: dicit rabi oſua thalmutiſta in principio cuiuſdam diſtinctiõis: quæ apud hebræos dicitur ſſotha oĩa munera quæ iacob pater noſter dedit eſau reſtituẽtur regi meſſiach: ſicut ſcriptum eſt pſalmo. lxxi. reges tharſis & inſule munera offerent reges arabum & ſaba dona adducẽt. Rabi ẽt moſes ille egyptius in bereſit raba ſup iſtis uerbis eſaiæ. c. lx. oẽs de ſaba uenient aurũ & thus deferentes & laudem domino annũciantes dicit: iſte ẽ rex meſſiach. Sed hoc totum cõpletum eſt in chriſto ſaluatore noſtro: ut habetᷣ matthei. c. ii. Cum natus eẽt ieſus in bethleẽ iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriẽte uenerunt in hieroſolymã dicẽtes ubi eſt ꝗ natus eſt rex iudæoꝝ: & infra & itrãtes domum inuenerũt puerum cũ maria matre eius: & ꝓcidẽtes adorauerũt eum: & aptis theſauris ſuis obtulerunt ei munera aurum tus & myrrhã. Idque pſalmo. lxxi. antea dictum ẽ & uiuet & dabitᷣ ei de auro arabie. & adorabũt de ipſo ſemp tota die benedicent ei. Et eſaias. c. xiii. In tẽpore illo deferetᷣ munus domino exercituum a populo diuulſo & dilacerato ergo chriſtus fuit uerus meſſiach. Eſt aliud quæ cõditio meſſiach iure dici põt: ꝙ ipſe legem nouam uidelicet hominibus afferre debeat naturali atq; diuinæ nõ repugnãtem: queẽadmodum fecit chriſtus ſaluator noſter: ut legimus matthei. c. v. non enim ueni ſoluere legem ſed adimplere: hanc aũt omiſimus cum in tertio capite ſole clarius accumulate declarata fuerit oſtendimuſq; ita neceſſarium fuiſſe: & a chriſto impleta oĩa eſſe: ergo fuit uerus meſtiach.

Ra. mo. egx. Mattheus

Septima cõditio eſt ꝙ uerus meſſiach miracula uel ſigna ꝑmulta facere debeat: ut ſcribitᷣ eſaiæ. xxxv. c. Deus ipſe ueniet & ſaluabit nos. Tũc aperiẽtur oculi cæcoꝝ: & aures ſurdorũ patebunt: tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: & apta erit lingua mutoꝝ. Hæc enim dicuntᷣ oĩa de meſſiach teſtãte rabi ſolomone ꝗ hoc capitulũ exponit totũ de fælici ſtatu iudæorum in aduentu meſſiach: ſed ieſus ſaluator noſter has oẽs opatus eſt uirtutes: igitᷣ fuit uerus meſſiach: nã uires imbecilibus reddidit debilibus integritatẽ incolumitatẽ languẽtibus: necnõ mortuos excitatos ueluti e ſõno ad uitã reuocauit. Scribitᷣ iſtud ipſum marci. c. ii. ut aũt ſciatis qa filius hominis habet poteſtatẽ ĩ terra dimittẽdi peccata: ait paralytico tibi dico: ſurge tolle grabatũ tuũ & uade ĩ domũ tuã & ſtati ſurrexit ille: & ſublato grabato abiit ide corã oĩbus. & c. iii. & itroiuit ieſus iterũ ĩ ſynagogã: & erat ibi hõ habẽs manũ aridã: & dicit homini extẽde manum tuã: & extẽdit: & reſtituta ẽ manus illius: & infra multos eni ſanabat: ita ut irruerẽt in eum ut illũ tãgerẽt quotquot aũt habebant plagas. Et eiuſdẽ. c. v. uenit qdam de archiſynagogis & uidens ieſum procidit ad pedes eius & deprecabatur eum multum dicens quoniã filia mea in extremis eſt: ueni impone manum tuam ſuper eam ut ſalua ſit & uiuat: & infra adhuc eo loquente ueniunt nuncii ad archiſynagogum dicentes quia filia tua mortua ẽ: & ſequitur & tenens manum puellæ ait illi: thabita cumi

Mattheus
Eſaias.
Ra. ſo.
Marcus

hoc eſt puella ſurge: & cõfeſtim ſurrexit puella & ambulabat. Et in eodẽ.c. ſcribit ꝙ erat quædam mulier i pfluuio ſanguinis annis duodecim & fuerat multa ppeſſa a cõpluribus medicis & errogauerat omnia ſua: nec quicq̃ pfe cerat ſed magis deterius habebat: cũ audiſſet de ieſu uenit in turbã retro & tetigit ueſtimentũ eius: & ſequit & confeſtim ſiccatus ẽ fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore quia ſanata eẽt a plaga. Et itidem eiuſdem.c. primo ueſpe re aũt facto cũ occidiſſet ſol afferebant ad ieſum oẽs male habẽtes & demo nia habentes & curauit multos q uexabantur uariis langoribus: & demonia multa eiiciebat. Et infra uenit ad eũ leproſus deprecans eũ: & genu flexo di xit: ſi uis potes me mundare. Ieſus aũt miſertus eius extendit manum ſuam: ait illi uolo mũdare: hæc cũ dixiſſet ſtatim diſceſſit ab eo lepra & mũdatus ẽ Et.c.vi.eiuſdẽ: & quocũq; introiebat in uicos aut ciuitates in plateis pone bant infirmos: & deprecabant eum ut uel fimbriam ueſtimẽti eius tangerẽt & quotquot tangebant eum ſalui fiebant. Fuit qdam præterea ut legit ioã nis.c.v.qui miſerrima ægrotatiõe.xxxviii.annos laborauit: cui dixit ieſus. Surge tolle grabatum tuũ & ambula: & ſtatim ſanus factus eſt homo & ſuſtu lit grabatũ ſuũ & ambulabat. Lucas etiã.c.iiii.ſcribit. Cum autem ſol occi diſſet: omnes q habebãt infirmos uariis langoribus ducebant illos ad eũ: at ille ſingulis manus imponẽs curabat eos: & eiuſdem.vii. Cũ appropinquaſ ſet ieſus portæ ciuitatis ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ: & ſequitur & acceſſit & tetigit loculum: & ait adoleſcens tibi dico ſurge: & reſedit qui erat mortuus: & cæpit loqui & dedit illum matri ſuæ. Scribit in ſuper ipſe.c.xi. Tunc ergo ieſus dixit eis manifeſte lazarus mortuus eſt: & i fra dixit ergo martha ad ieſum domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus & infra dixit ieſus ubi poſuiſtis eum: dicunt ei domine ueni & uide & ſequitur: ait ieſus: tollite lapidem: dicit ei martha ſoror eius qui mortuus fuerat: domine iam fetet quatriduanus eſt: dixit ei ieſus nonne dixi tibi quo niam ſi credideris uidebis gloriam dei: & infra: exclamauit uoce magna ie ſus. Lazare ueni foras. & ſtatim prodiit qui fuerat mortuus. Legimus etiam apud mattheum.xv.c. Et cum tranſiſſet idẽ ieſus: uenit ſecus mare galileæ: & aſcendens in montem ſedebat ibi: & acceſſerunt ad eum turbæ multæ ha bentes ſecum mutos cæcos claudos debiles: & alios multos & pieceruntt eos ad pedes eius: & curauit eos: ita ut turbæ mirarentur: uidentes mutos loqnẽ tes: claudos ambulantes: cæcos uidentes: & magnificabant deum iſrael. Per multaq; alia uel miracula uel ſigna & pene inumerabilia in mediũ afferre poſ ſem quæ fecit ieſus ſaluator noſter: quæ miſſa facio: quandoquidem his ad ductis ſatis ſuperq; accipi poteſt ipſum fuiſſe uerum meſſiach. Octaua cõditio ꝙ meſſiach morte turpiſſima atq; crudeliſſima iudicatus mori dẽat: ſed ãteq̃ cõdẽnet tanq̃ uir iprobꝰ atq; flagitioſus a populo iudaico aſpnet i ficiãtes oĩno iudæi ipſũ nõ eẽ meſſiach: ob id pmultas patiet ignominias cõ

Ioannes

Lucas

Mattheus

tumelias irriſiones atq; ludibria: necnon angores tormēta & cruciatus q̄plu
rimos. Quæ oīa quēadmodū deus decreuerat fieri & p ꝓphetas iudæis præ
dixerat pio animo ac mente non ſine lachrymis etiam attingemus: quando-
q̄dem iudæos p id temporis excæcatos nimium atq; inſanabili furore corre-
ptos uidebimus poſt multa opprobria in chriſtum atq; ſupplicia illata: ipſū
etiā ſuſpendi & affigi crudeliter atq; nefarie cōclamaſſe: & ita factum: prout
Eſaias. de meſſiach faciendū ꝓphetæ diuino illuſtrati lumine prædixerunt. Veritas
aūt huiuſmodi ut iudæoꝶ neminem lateat: ueniat eſaias primus. c. primo:
audite cæli & auribus pcipite terra quoniam dominus locutus eſt: filios enu
triui & exaltaui: ipſi aūt ſpreuerunt me: cognouit bos poſſeſſorem ſuum: &
aſinus præſepe domini ſui. iſrael aūt me non cognouit & populus meus nō i
tellexit: & ſequit̄ dereliquerunt dominū blaſſemauerūt ſanctū iſrael. Et. c.
liii. Et quaſi abſconditus uultus eius & deſpectus nec reputauimus eum. Et
hieremias. c. ii. dereliq̄ſti dominum deum tuū eo tempore quo ducebat te p
uiam: &. c. v. præuaricatione enim præuaricata eſt ī me domus iſrael: & do
mus iuda: ait dominus negauerunt dominum & dixerunt nō eſt ipſe. Iccirco
inq̄t. c. xiii. putreſcere faciam ſupbiam iuda & ſupbiam ieruſalē multam: po
pulum peſſimū q nolunt audire uerba mea. Et amos. c. v. loquentem pfecte
Ioannes. abominati ſunt. Hæc omnia ꝑfecto in chriſto cōpleta ſunt: ut ſcribit̄ a ioā-
Lucas ne. c. viii. dicebat ieſus q̄s ex uobis arguet me de peccato: ſi ueritatem dico
quare nō creditis mihi? Et ab eodem. c. x. ſi mihi non uultis credere opibus
credite & a luca. c. xxii. ſi tu es chriſtus dic nobis: & ait illis ieſus ſi uobis di-
xero nō credetis mihi. Et a ioāne. c. viiii. conſpirauerant iudæi ut ſi q̄s eum
Mattheus cōfiteretur chriſtū extra ſynagogam fieret. Lucas ēt ſcribit. c. iiii: & repleti
ſunt oēs in ſynagoga ira: & eiecerunt eum extra ciuitatē ut præcipitarent eū
Marcus. Et idem. vii. c. hic ſi eēt ꝓpheta ſciret utiq; quæ & qualis eēt mulier quæ tā-
git eum. Et mattheus. c. viiii. Ecce princeps unus acceſſit dicens domine fi
lia mea modo defuncta eſt: & infra inq̄t ieſus non enim mortua ē ſed dormit
& derridebant illum. Et itidem marcus. c. v. puella non eſt mortua ſed dor
mit & derridebant eum: hoc eſt q̄ dictum eſt antea a dauid pſalmo. xxxiiii.
tentauerunt me ſubſanauerunt me ſubſanatione: frēduerunt ſup me dētibus
Lucas ſuis. Et mattheus. xi. c. uenit filius hominis mādu cans & bibens: & dicūt ec
ce homo uorax & potator uini: publicanorum & peccatoꝶ amicus. Et lucas
c. xv. murmurabant pharisei & ſcribæ quia hic peccatores recipit & mandu
cat cum illis. Et idem. c. ii. erat ieſus eiiciens demonium: & dixerunt in beel
zebu principe demonioꝶ eiicit demonia. Necnon & idem. c. vi. obſeruabāt
Marcus ſcribe & pharisei ſi inuenirent unde accuſarent eum. Et marcus. c. vi. nonne
hic eſt faber filius mariæ. Et ioannes. viii. tulerunt ergo lapides ut iacerent
in ieſum.

Quapropter iudæi denegantes chriſtum & derridentes eum: odio etiam ac

ſimultate cõmoti: quã cõtra ipſum incluſam gerebant in pectore machinati ſunt ut dolo atq; fraude appræhenſus tormẽtis ac cruciatibu afficeretur: & demum morte turpiſſima perıret atq; interitu. Legit hoc pſalmo. lxx. dixerunt inimici mei mihi: & q cuſtodiebant aiam meam cõſilium fecerũt in unũ dicentes: deus dereliqt eum: pſeqmini & cõpræhendite eum: qa non eſt qui erripiat. Et itidem pſalmo. x. Quoniã ecce peccatores intẽderunt arcũ parauerunt ſagittas ſuas in pharetra ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Nec non & pſalmo. xiii. ſepulchrum patẽs eſt guttur eoꝝ uenenum aſpidum ſub labiis eorum. Et pſalmo. xxxiiii. gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſupuacue exprobrauerunt aiam meam: Et pſalmo. xxxvi. gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcũ ſuũ ut decipiant pauperem & inopem. Itidem pſalmo. xxxvii. Et q inquirebant mala mihi locuti ſunt uanitates: & dolos tota die meditabantur. Et pſalmo. xxviiii. dum conuenirent ſimul aduerſum me: accipere aiam meam conſiliati ſunt. Inſuper & pſalmo. xxxx. aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi: uerbum iniquum conſtituerunt aduerſum me. Ac etiam in pſalmo lxiii. exacuerunt ut gladium linguas ſuas: intenderũt arcum rem amaram ut ſagittent in occultis imaculatũ. Et pſalmo. lxxii. Cogitauerunt & locuti ſũt nequitiam iniqtatem in excelſo locuti ſunt: poſuerunt in cœlo os ſuũ: & lingua eorũ tranſiuit in terra. Cõqueritur inſuper deus p hieremiam. c. v. Inuẽti ſunt in populo meo impii inſidiantes quaſi aucupes laqueos ponentes & pedicas: ſicut decipula plena auibus ſic domus eoꝝ plenæ dolo. Et idem. c. viiii. habitatio tua in medio doli: in dolo tenuerunt ſcire me dicit dominus: & ſequit ſagitta uulnerans lingua eoꝝ: dolum locuta eſt in ore pacẽ cũ amico ſuo loquitur & occulte ponit ei inſidias. Iccirco ſapientiæ: c. ii. ſcribitur. Circũueniamus ergo iuſtum: quoniã inutilis eſt nobis & cõtrarius eſt operibus noſtris & improperat nobis peccata legis: & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ promittit ſe ſciam dei habere: & filium dei ſe nomiat: factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum: grauis eſt nobis etiã ad uidendum: quoniam diſſimilis eſt aliis uita illius: & imutatæ ſunt uitæ eius: tanq̃ nugaces extimati ſumus ab illo: & abſtinet ſe a uiis noſtris tanq̃ ab immũdicns & præfert nouiſſima iuſtoꝝ: & gloriatur patrem ſe habere deũ. Videamus ergo ſi ſermones illius ueri ſunt: & tentemus quæ uentura ſunt illi & ſciemus quæ erunt nouiſſima illius. Si enim eſt uerus filius dei: ſuſcipiet eũ de manibus contrariorum: contumelia & tormento interrogemus eũ ut ſciamus reuerentiam eius: & probemus patientiam illius: morte turpiſſima condẽnemus eum. Necnon & iob. c. xviii. deuoret pulchritudinem cutis eius & cõſumat brachia illius primogenita mors: auellat de tabernaculo ſuo fiducia eius: & calcet ſup eum: quaſi rex interitus. Et ſequit memoria illius pereat de terra & non celebretur nomẽ eius in plateis. Et hieremias. c. xi. Cogi-

Pſalmus. Pſalmus. Pſalmus Pſalmus. Hieremia Hieremias

tauerunt ſuper me cõſilia. mittamus lignũ in panẽ eius et eradamus eũ de terra uiuentium: & nomẽ eius nõ memoreť amplius. Et itidẽ. c. xviii. uenite cogitemus contra iuſtũ cogitatões: & ſequiť uenite & pcutiamus eũ lingua: & non attendamus ad uniuerſos ſermones eius. Hæc iudei pfecerunt oĩa cõtra

Matheus. christum: queẽadmodũ habeť Matthei. xxi. & quærentes prĩcipes ſacerdotũ

Ioannes. eum tenere timuerunt turbas. Et ioannis. c. vii. quærebant ergo eũ appræhẽdere: & nemo miſit in eũ manus: quia nondũ uenerat hora eius. Et idẽ. c. xi. Collegerunt pontifices & phariſei concilium aduerſus ieſũ: & dicebãt: quid facimus: quia hic homo multa ſigna facit. & ĩfra ab illo aũt die cogitauerũt ut interficerent eũ. Marcus ẽt. c. iii. dicit exeuntes aũt phariſei ſtatim cum

Marcus. herodianis cõſilium faciebãt aduerſus ieſum: quomodo eũ pderent. necnon &. c. xiiii. inqt. erat autẽ paſcha & azima poſt biduũ: & quærebant ſũmi ſacerdotes & ſcribæ quomodo ieſũ dolo tenerent & occiderent. itidem lucas.

Lucas xxii. Et quærebant principes ſacerdotũ & ſcribæ quomodo ieſũ interficerẽt

Matheus Hoc ipſũ mattheus. c. xxvi. tunc cõgregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeniores populi: in atrium prĩcipis ſacerdotũ qui dicebať cayphas: & conſilium fecerunt ut ieſum dolo tenerent & occiderent.

Iudas ſcarioth Poſtea uero iudæi ut appræhẽdere eũ poſſent: cumq; quid cauſæ tenẽdi eũ: ſe non habere cognoſcerẽt: cõuenerũt ſecreto cum diſcipulo eius iuda ſcarioth

zacharias cui polliciti ſunt trigĩta argẽteos ſe daturos. Hoc prædixit zacharias. c. xi. appẽderunt mercedẽ meã triginta argenteos & dixit dominus ad me proiice illud ad ſtatuariũ: uel ut hebræi dicũt ad theſaurariũ decorũ preciũ quo appreciatus ſum ab eis & tuli trigĩta argẽteos & proieci illos ĩ domo domini ad ſtatuariũ. Iſtud ipſum oſeas. c. viiii. affirmat. Noli lætari iſrael noli exultare

Oſeas ſicut populi: qa fornicatus es a deo tuo dilexiſti mercedẽ ſup oẽs areas tritici

Vnos Icc irco iqt amos. c. ii. ſup tribus ſceleribus iſrael: & ſup quattuor non cõuertam pro eo quod uẽdiderit pro argẽto iuſtũ: & ſequiť lr̃a: & pauperẽ ꝑ calciamentis hoc eſt iudas uẽdidit chriſtũ paupem minimo precio. De illo nãq; ſcribitur pſalmo. viiii. cuius maledictione os plenum eſt & amaritudĩe & dolo ſub lingua eius labor & dolor. Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis

Pſalmo ut interficiat ĩnocentem. Et pſalmo. xxxvi. obſeruabat peccator iuſtũ & ſtri

Pſalmus debat ſup eum dentibus ſuis. præterea de eodem dicitur pſalmo. xxxx. q edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplantatõnẽ: & trenorũ. c. iii. urſus i

Pſalmus

Trenorũ ſidians factus eſt mihi: leo in abſcondito dequo hieremias. c. xvii. ait peccatũ iudæ ſcriptũ eſt ſtilo ferreo ĩ ungue adamantio. Q uod aũt iudas chriſtũ

Mẽtheus trigĩta argẽteis uẽdiderit docet hoc ipſũ mattheus. c. xxvi. Tunc abiit unus de duodecim q dicebať iudas ſcarioth ad principes ſacerdotũ: & ait illis qd uultis mihi dare: & ego uobis eum tradã: at illi cõſtituerunt ei triginta argẽ

Marcus teos. Hoc ẽt marcus atteſtať inqens. c. xiiii. & iudas ſcariothes unus de duodecim abiit ad ſũmos ſacerdotes ut proderet eum illis: q audiẽtes gauiſi ſũt

& promiſerunt ei pecuniam ſe daturos: & lucas.c.xxii.idē affirmat. ītrauit autē ſathanas in iudam: qui cognominabat̃ ſcarioth unus de dudecim: & abiit: & locutus eſt cū pricipibus ſacerdotum & magiſtratibus quēadmodū illum traderet eis: & gauiſi ſunt: & pacti ſunt pecuniam illi dare. Lucas

Tunc iudas acceptis militibus a pōtificibus & phariſeis: uēit ad ieſū ut oſcularetur eum q egreſſus fuerat cum cæteris diſcipulis ſuis trās torētē cedrō ubi erat hortus iquē ſe cōferr̄ ſolitus erat & ait illi Aue rabi & oſculatus ē eū cui ieſus: iuda oſculo filiū hoīs tradis? Has ꝑfecto īſidias aio uolutās eſaias.v.c. ait. Rugitus eius ut leōis: rugiet: ut catuli: & frēdet: & tenebit prædā: & amplexabitur. Quod & præuidēs hieremias diuio afflatus ſpiritu dixit.c.viiii ī ore ſuo pacē cū amico ſuo loqt̃: & occulte pōit ei īſidias. Et pſalmo.xxxv. legit̃ uerba oris eius iniqtas: noluit ītelligere ut beneageret iniqtatē meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit oī uiæ nō bonæ: malitiam aūt nō odiuit. Et pſalmo.xxxvi. Conſiderat peccator iuſtū: & quærit mortificare eū. Ac etiā pſalmo.Li. tota die iiuſticiā cogitauit lingua tua ſicut nouacula acuta feciſti dolum: & dilexiſti malitiā ſup benignitatē. Necnon & malachias.c.ii: trāſgreſſus eſt iudas & abominatio facta eſt in iſrael & in ieruſalē: qa cōtaminauit iudas ſanctificationē domini. Scribit̃ hoc ēt apud mattheū.c.xxvi. Et cōfeſti accedens iudas ad ieſum dixit Aue rabi & oſculatus ē eū. necnō & apud marcum.c.xiiii. Et cū ueniſſet iudas ſtatī accedens ad eū: ait. rabi: & aſculatus ē eū. Et apud lucā.c.xxii. iudas unus de duodecī antecedebat eos: & appropinquauit ieſu ut oſcularet̃ eum. Pſalmus Pſalmus Malachia Pſalmus pſalmus Hieremia

Iudæi tandē ueluti canes īſigni rabie ꝑciti iniecerunt manus in ieſum: & tanq leones magno īpetu atq; furore ſtimulati tenuerūt eum. Præuidit hoc dauid rex atq; propheta pſalmo.xvi. ſuſcepunt me ſicut leo paratus ad prædā: & ſicut catulus leonis habitans ī abditis. & pſalmo.xxi. circūdederūt me uituli multi: tauri pingues obſederūt me: aperuerūt ſup meos ſuū ſicut leo rapiens & rugiēs. Et ī eodē etiā ſcribit̃. Circundederunt me canes multi cōſiliū malignantiū obſedit me. itidē pſalmo.lxxxv. iniq īſurrexerunt ī me & ſynagoga potentiū quæſierunt animā meā. Et pſalmo.c.xxxviiii. Qui cogitauerunt ſupplātare greſſus meos abſcōderūt ſupbi laqueū mihi & funes extēderūt in laqueū: iuxta iter: ſcandalū poſuerūt mihi. Nec nō hieremias.c.ii. ſup eum rugierunt leones: & dederūt uocē ſuā. Et trenorū.c.iii. Venatōe cæpūt me quaſi auem inimici mei. Et eorundem quarto Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus in umbra tua uiuemus. Quibus uerbis pro tuēda huiuſmōi ueritate nihil aptius nihilue clarius dici poteſt. ī ipſis nanq; ubi dicit̃ a nobis domīus apud hebræos ſcribit̃ iotheuauhe quod nomē deū ſōat: neq; pōt nomē illud cōpetere p ſe alicui: niſi ſoli deo. Vt ī ſecundo capite diligenter & aperte attigimus. Non poſſūt igit̃ iudæi īficari qui chriſtus dominus hoc ī loco diuinū unū ſignificet ſuppoſitū q deus ē & hō: quoniā Dignū memoria

Mattheus Marcus Lucas Ioannes deus ut hõ: ſed nõ ut deus: capi põt. iqt nãq; ꝓpheta chriſtus dominus cap/tus eſt hoc eſt: chriſtus meſſiach unum ſuppoſitum deus & hõ detẽtus ẽ. Scri pſit hoc ẽt. mattheus. c. xxvi. tunc acceſſerunt & manus iniecerunt i ieſum & tenuerunt eum: & marcus. c. xiiii. At illi manus inicerunt i ieſum & tenue runt eũ: & idẽ lucas. c. xxii. quaſi ad latronẽ exiſtis cũ gladiis & fuſtibus cũ quottidie uobiſcũ fueri i tẽplo (& nõ extẽdiſtis manus i me: & ioãnes. c. xviii Cohors autẽ & tribunus & miſtri iudæorũ cõpræhẽderũt ieſũ & ligauerũt eũ.

Vidẽtes ãt diſcipuli ieſum uiolentis uiculis oppreſſum: atq; i eum ipiã ſæuire turbã trepidarunt oẽs & audientes luctuoſũ armorũ ſonitũ aufugerũt: arbi/trabant enĩ iudæorũ iualeſcẽte malitia atq; ipietate nullã ſibi requiẽ nullã ſe/curitatẽ nullãq; ſalutẽ futurã eẽ. Hoc eni prædixit iob. c. xviiii. fratres meos

oIq longe fecit a me: & noti mei quaſi alieni receſſerũt a me: dereliquerũt me ꝓpi q mei: & q me nouerant obliti ſunt mei. Et pſalmo. xxx. q uidebãt me: foras fugerũt a me obliuioni datus ſũ tanq̃ mortuus. Et pſalmo. lxviii. extraneus factus ſũ fratribus meis: & pegrinus filiis matris meæ. Et pſalmo. lxxxvii. lõ

Pſalmus zacharias Mattheus Marcus ge feciſti notos meos a me: traditus ſũ & nõ egrediebar: & in eodẽ. elongaſti a me amicũ & proximũ: & notos meos a miſeria. Itidẽ zacharias. c. xiii. pcu te paſtorẽ & diſpgent oues. Hoc ẽt mattheus teſtatus ẽ. c. xxvi. tũc diſcipu/li oẽs relicto eo fugerũt. & marcus. c. xiiii. Tũc diſcipuli eius relinquẽtes eũ oẽs fugerunt.

Eodẽ tẽpore iudæorũ milites atq; miniſtri traxerunt chriſtũ ad reges atq; prĩci pes ſuos eũ accuſantes falſo ſubiectũ eẽ erroribus atq; fallaciis. Quod dictũ eſt ante pſalmo. ii. Aſtiterũt reges terræ & prĩcipes cõuenerũt in unũ aduer/

Pſalmus ſus dominũ & aduerſus chriſtũ eius. Rabi ſolomõ i principio gloſæ ſup hoc pſalmo inqt magiſtri noſtri expoſuerunt hunc pſalmũ de rege meſſiach filio

Ra. ſo. dauid i lege ꝓmiſſo: & ab eodẽ ibidẽ hoc addit: ſed ad intellectũ litteralem huius pſalmi ut reſpondeat hereticis (hereticos eni uocat iudæos q chriſtia/nã religionẽ ſuſceperũt) de dauid hic exponit pſalmus. hæc ille. Quod aũt chriſtus ante reges ac prĩcipes tractus fuerit cõſtat. fuit nanq; herodes dictus rex galilee. ut hẽt matthei. c. xiiii. audiuit herodes tetrarcha: dicebat enim tetrarcha quoniã erat rex uel princeps i quarta pte regni. nã mortuo herode

Herodes aſcalonita qui interfecit innocentes i duas partes regnum diuiſum eſt: quar rum alteram regebat archelaus filius eius. Altera autem in duas etiam partes diuiſa eſt: quarum altera data eſt philippo: altera herodi ad quem chriſtus a iudæis adductus fuit. ex quo apparet ſine dubio herodẽ regẽ fuiſ/ſe. Quod affirmat marcus. c. vi. & audiuit rex herodes. Pilatus uero cæſaris auguſti ĩpatoris erat ibi locũ tenẽs. Prĩcipes eni fuerũt q ſacerdotibꝰ præerãt hi oẽs ad chriſtũ crucifigendũ pariter cõuenerũt. Habet hoc etiam pſalmo. xxxxvii. ecce reges cõgregati ſũt: & cõuenerũt i unũ. Eſt præterea quædam gloſa hebrea ſup. c xviii. geneſeos ſuper his uerbis: ſedẽti i oſtio tabernaculi ſui a qua dr̃ qũ apparuit deus abræ ipſe ob reuerẽtiã diuinæ apparitionis uo

luit aſſurgere: cui tũc dõinus dixit: Sede abraã: quoniã tu es i ſignũ filiis tu/
is: futurũ ē eni ut tui filii ſedeant tanq̄ iudices i cõcilio. ego aũt ſtem q deus
ſum hac eni gloſa manifeſte pcipit deũ quãdoq; iudæos eẽ iudicaturos: quo
niã ſeder ptãte atq; doĩnũ: ſtare ãt ſeruitutē atq; ſubiectõem oſtēdit. Q uod
aũt falſo a iudæis corã regibus illis atq; principibus chriſtus accuſari debe/
bat. ſcribit pſalmo. xiiii. uenenũ aſpidũ ſub labiis eo℞ quorũ os maledictio
ne & amaritudine plenũ eſt: & pſalmo. xxvi. iſurrexerunt i me teſtes iniq &
mentita eſt iniqtas ſibi. Necnõ & pſalmo. xxxiiii. Surgẽtes teſtes iniq: quæ
ignorabã iterrogabant me: retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatē aĩæ
meæ. Et pſalmo: c. viii. os peccatoris & oſdoloſi opẽtũ ē: locuti ſũt aduerſum
me lĩgua doloſa: & ſermõib᷒ odii circũdederũt me: & expugnauerũt me gra
tis pro eo ut me diligerẽt detrahebãt mihi: ego aũt orabã: & poſuerunt ad/
uerſũ me mala pro bonis & odiũ pro dilectõe mea. Et eſaias. c. lxviiii. Cõcæ
pimus: & locuti ſumus de corde uerba mēdacii: cõuerſum eſt retrorſũ iudici
um: & iuſticia lõge ſtetit: qa coruit i platea ueritas: & æqtas nõ potuit igredi
Et facta eſt ueritas i obliuione. Et iob. c. xvi. ſuſcitatur falſiloqus aduerſus
faciē meã cõtradicēs mihi collegit furorē ſuũ i me & cõminãs mihi ifremuit
cõtra me dētibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me ituitus eſt. Et oſeas:
c. vii. ue eis quoniã receſſerũt a me: uaſtabũt: qa præuaricati ſũt i me: ego re
demi eos: & ipſi locuti ſũt cõtra me mēdacia. Et ifra ego erudiui eos: & con/ Trenorum
fortaui brachia eo℞: & in me cogitauerunt maliciã. Itidē hieremias. c. viiii. Malachias
Cætus præuaricatorũ extēderunt lĩguã ſuã quaſi arcum mēdacii & nõ uerita
tis. & ifra: docuerunt eni lĩguã ſuã loq mēdacium ut iniq; agerent laboraue/
runt. Idē treno℞. iii. labia iſurgētium mihi: & meditatões eo℞ aduerſum me
tota die: & malachias. iii. c. inualuerunt ſup me uerba ueſtra dicit dominus:
& dixiſtis qd locuti ſumus cõtra te? Cõfirmat hoc mattheus de ſaluatore no
ſtro. c. xxvi. At illi tenētes ieſum duxerunt ad cayphã principē ſacerdotũ: &
infra pricipes aũt ſacerdotum & oẽ cõcilium quærebãt falſum teſtimoniũ cõ
tra ieſum ut eum morti traderēt: & nõ iuenerunt cum multi falſi teſtes acceſ/
ſiſſent. nouiſſime autē uenerũt duo falſi teſtes. Et. c. xxvii. Et uinctũ addu
xerunt eum & tradiderũt põtio pilato præſidi & ifra ieſus autē ſtetit ãte præ
ſidē: & ſeqt nõ audis quãta aduerſum te dicunt teſtimonia? Itidē marcus. c:
xiiii. Et adduxerunt ieſum ad ſũmum ſacerdotē: & ſeqt ſummi uero ſacer/
dotes: & omne concilium quærebant: aduerſum ieſum ut eum morti trade/
rent nec inueniebant multi autem teſtimonium falſum dicebant aduerſus Lucas
eum & cõueniētia teſtionia nõ erãt: & qdã ſurgētes falſum teſtioniũ ferebãt Ioannes
aduerſus eum: &. c. xv. mane cõſilium faciētes ſummi ſacerdotes cum ſenio
ribus & ſcribis & uniuerſo concilio uicientes ieſum dixerunt & tradiderunt
pilato: & lucas. c. xxiii. ſurgens ois multitudo eorum dixerunt illum ad pila
tum: & ifra. pilatus autē remiſit eum ad herodē: & ioãnes. c. xviii. Cohors ãt

&tribunus: & miniſtri iudæorum cōpræhēderunt ieſum: & ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad annā primum. Et īfra: & miſit eum annas ligatum ad caypha pōtificē: & ſeqt. adducūt ergo ieſū ad caypha ī prætorium: & exiuit pilatus ad eos foras: & dixit quā accuſatōnē affertis aduerſus hoiem hūc reſpōderunt & dixerunt ei: ſi nō eēt hic malefactor nō tibi tradidiſſemus eū

Pilatus

His iiuriis atq; moleſtiis nō ſaciati adhuc iudæi Cōſpuētes ī eum uenēatos ſputos dridebāt & pcutiebāt māu ſacrilega faciē eius uellātes eū ut illuderēt. iob id nō fugit dixit eni. c. xvi. apuerūt ſup me ora ſua: & exprobrātes pcuſſerūt maxillā meā ſaciati ſunt pēis meis &. c. xxx. abōināt me: & faciē meā cōſpuere non uerēt. Vidit hæc dauid propheta iccirco ait pſalmo. xxx: ſup oēs inimicos meos factus ſū opprobrium uicinis meis: & timor notis meis: & ſeqt factus ſum tanq̄ uas pditū: quoniam audiui uituperationē multorum cōmorantium ī circuitu: in eo dum conuenirent ſimul aduerſum me accipere animā meam conſiliati ſunt. Et pſalmo. xxxiiii. dilatauerunt ſup me os ſuum: dixerunt euge euge. Et pſalmo. lxviii. Suſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meā. Itē pſalmo. c. viii. ego factus ſum opprobriū illis: uiderunt me: & mouerunt capita ſua. Eſaias ēt. c. l. inquit: ego aūt non contradico: retror ſum non abii. Corpus meū dedi pcutientibus: & genas meas uellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuētibus in me. dominus auxiliator meus & ideo non ſum confuſus. Ideo poſui faciem meā ut petrā duriſſimā: & ſcio quoniam non confundar. Et hieremias trenorū. iii. factus ſū in derriſum omni populo meo cāticum eorum tota die: &. c. eodē dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobriis: & infra: eradicationem & abiectionem poſuiſti me ī medio populorum. & micheas. c. iiii. in uirga pcutiēs maxillam iudicis iſrael. Hoc idē apud mattheū ſcribitur. c. xxvi.

pſalmo
eſaias
Hieremiaſ
Micheas
Mattheus

Tunc expuerunt in faciē eius: & colaphis eū cæderunt: alii aūt palmas in faciē eius dederunt dicentes prophetiza nobis chriſte. &. c. xxvii. Et genui flexo ante eū: illudebant ei dicentes: aue rex iudæorū & expuentes in eū. Necnon & apud marcum. c. xiiii. & cæperunt quidā conſpuere in eum: & uelare faciem eius & colaphis eum cædere: & dicere ei: prophetiza: & miniſtri alapis eum cædebant. & apud lucam. c. xxii. & uiri qui tenebant illum illudebāt ei & uelauerunt eum: & percutiebant faciem eius: & interrogauerunt eum dicētes prophetiza quis eſt qui te percuſſit: & alia multa blaſphemantes dicebāt i eum. & apud ioannem. c. xviii. hæc autem cum dixiſſet: unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam ieſu. &. c. xviiii. & ueniebant ad eum: & dicebant: aue rex iudæorum: & dabant ei alapas.

marcus
Lucas
Ioannes

Infecta igit chriſti facie iudæo₇ ſputis atq; pcuſa māibus ī cæſtis nullo moue batur quidem tormentorum impulſu ſciēs aſperſionem ſanguinis ſui animis credētibus æternā atq; beatam fore mercedē ſiue præmiū uoluit( tāta ſiqdē māuetudine atq; humilitate uſus ē) a iudæo₇ mācipiis inutilibus ēt attracta

ri: ſpoliariq; ꝓprio ueſtiméto: & nudus demum atq; ligatus ab eis crudeliſſi me cædi. Tunc in eo nihil erat quod dillaniatum atq; dillaceratum cótinuis uerberibꝰ nó eẽt. cum militũ ſerui uulnera uulneribꝰ adderẽt: & plagas pla/ gis recẽtibꝰ ĩprimerẽt hinc ſanguis erumpẽs: hinc liuor tumẽs oĩum mẽbroꝝ cõpages demonſtrabat. Vidit hoc ante dauid ꝓpheta: q ſolito uaticinio ſuo dixit pſalmo. xxi. ſicut aq̃ effuſus ſum: & diſpſa ſunt oĩa oſſa mea: factum ẽ cor meum tanq̃ cera liqueſcẽs in medio uẽtris mei: aruit tãq̃ teſta uirtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis. Et pſalmo. xxxiii. aduerſum me lætati ſunt & cõuenerunt: & cõgregata ſunt ſup me flagella. Et pſalmo. xxxvii. ego ad flagella paratus ſum: & dolor meus in cõſpectu meo. Et pſalmo. lxxii. & fui flagellatus tota die: & caſtigatio mea in matutinis. Et pſalmo. cxviii. fu nes peccatoꝝ circũplexi ſunt me: & legẽ tuã non ſum oblitus. Et trenoꝝ. c. iii. uetuſtã fecit pellẽ meã: contriuit oſſa mea. Huiuſmodi ſuppliciũ matthe us. c. xxvii. teſtatus ẽ: tunc dimiſit illis barrabã: ieſum aũt flagellatum tradi dit eis. Et marcus. c. xv. pilatus aũt uolẽs populo ſatiſfacere dimiſit illis bar rabã: & tradidit ieſum flagellis cæſum. Et lucas. xxiii. c. emendatum ergo il lum dimittam: emẽdatum dixit: hoc ẽ uerberatum. Et ioãnes. xviiii. c. tunc appræhendit pilatus ieſum: & flagellauit.

Dauid

Pſalmus

Pſalmus

Mattheus

marcus

Lucas

Ioãnes

Iuſuper iudæi non laſſi adhuc ĩ chriſtum huiuſmodi percuſſionibus atq; acer/ biſſimis uerberibus furore execrabili perciti adhuc nouo ſupplicii genere ut afflito afflitionem adderent: eum afficere ſtatuerunt: utq; pars corporis eius nulla intacta ab amaritudine atq; tormento uideretur: capiti eius coronam ſpineã impreſſerunt: o inaudita crudelitas: o horrendum ſpectaculum cœlo rum regem aſpicere illuſum agitatum deſpectum atq; attritum tantiſq; laceſ ſiri iniuriis: grauari opprobriis: atq; ſæuiſſimis dilaniari pænis: cõficiq; tor/ mentis. Declaratum hoc aperte fuit heſter. c. viii. Mardocheus autem de pa lacio & de couſpectu regis egrediens coronam auream portabat in capite. mardocheus iſte iudæus fuit qui iudaicum populum ab occiſione quam de/ creuerat aman de ſtirpe agag cui aſſuerus rex ſolium dederat præ oibus prin cipibus terræ penitus liberauit: tandem ſuſpẽſo amã regis gratiam iudaicus populus iniuit: per mardocheum igitur chriſtus debet ĩtelligi: qui totum hu manum genus a cæde diaboli q ſuper oẽs mundi principes poteſtatẽ præua/ lebat atq; dominio liberauit: quo ſuſpenſo atq; obſtricto chriſti reſurrectiõe ſũmi dei ac regis mortales oẽs grãm eiuſdẽ adepti ſũt: portabat autẽ mardo cheus coronam auream in capite: ideſt chriſtus capiti geſtabat coronam ſan guineam impræſſam: egrediens e conſpectu herodis & pilati atque pontifi/ cum. Legitur præterea pſalmo. xxvii. omnes gentes (hoc eſt iudæorum) cir/ cundederunt me: & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Et canticorum. c. iii. Egredimini filiæ ſyon & uidete regẽ ſolomonẽ ĩ diademate quo coronauit il lũ mr ſua. Et apud eſaiã. c. v. plãtauit uineã electã: & expectauit ut faceret uuas: & fecit labruſcas hoc ẽ nõ fructus iuſtitiæ ac ꝓbitatis: ſed ſpinas dolo

Heſter

Mardo/ cheus

Aman

Aſſuerus rex

Pſalmus

Canticorũ

Eſaias.

ris atq; crudelitatis. Iccirco eiuſdē. c. lviiii. dicit & galca ſalutis i capite eiuſ
De hac loqt mattheus. c. xxvii. & plectētes coronā de ſpinis poſuerunt ſup
Eſaias. caput eius. Et marcus. c. xv. & īponūt ei plectētes ſpineā coronā. Et ioānes
Mattheus c. xviiii. & milites plectētes coronā de ſpinis īpoſuerūt capiti eius: & i eodē
Marcus exiuit ergo ieſus portās ſpineā coronā.

Ioānes Vtq; maiori eū irriſione atq; dolore afficerēt harūdinē poſuerūt in manu eius
& extrahētes illā quandoq; pcutiebant caput eius. Hoc præuidit eſaias. c. x.
Eſaias. inqens. In uirga enī pcutiet te & baculū ſuū leuabit ſup te. Et. c. xxxxii. Ca-
lamum quaſſatum nō cōteret. Et ezechiel. c. xxxx. Ecce uir & calamus mēſu
Ezechiel ræ i manu eius. Iſtud ipſū inqt mattheus. c. xxvii. & poſuerūt harūdinē i de
Mattheus xtera eius & i eodē: & accepunt harūdinē & pcutiebāt caput eius. Et hoc idē
Marcus marcus. c. xv. & pcutiebat caput eius harūdine.

Præterea intactum nihil quod ad chriſti ignominiam atq; dedecus afferre po-
terantt: iudæi relinquere uoluerunt: ut qui ſapientia omni ſapientior erat
chriſtus ipſe: & ſtultus atq; īſanus oībus duceret: coloris punicei ueſtimēto
īduerūt eū: quo reges diebꝰ feſtis atq; pōtifices uti cōſueuerāt: eo ipſo in op
probriū eius atq; deriſionē chriſtū īdutū oēs fatuū atq; ſtultiſſimū iudicarēt
quēadmodū ſcribit pſalmo. xxi. oēs uidētes me deriſerūt me locuti ſunt la-
biis & mouerūt caput. Hoc ſane iob ēt. c. xxvii. nō latuit. inqt enī ſicut lutū
Iob præparauerit ueſtimēta: præparabit qdē ſed iuſtus ueſtiet illis. Itē & dauid
Pſalmus pſalmo. lxviii. poſui ueſtimētū meū ciliciū: & factus ſū illis i parabolā. Et li
cet regiū illud fuerit: quo chriſtus i dedecus a iudæis ueſtitus fuerat: ei tamē
ob aſpitatē īproperioꝝ atq; dolorē uulnerū tanq̄ ciliciū extitit: ut in pſalmo
Pſalmus eodē dr. Tu ſcis īproperiū meū & cōfuſionē meā & reuerētiā meā: i cōſpectu
tuo ſunt oēs q tribulāt me īproperiū expectauit cor meū & miſeriā. Et eſaias
Eſaias. c. iii. ait. ueſtimētum tibi ē: princeps eſto nr: ruina aūt hæc i manu tua: prin
cipē uocāt chriſtum irriſiue: q uerus princeps mūdi erat: ruina aūt hæc ī ma
nu tua inqt: quoniā i ptāte chriſti erat iudæoꝝ ruina atq; pditio. Inſup. c. lx
iii. eſaias ait. Quis eſt iſte q uenit de edō tinctis ueſtibꝰ de boſra: & ſequit:
Quare ergo rubrum ē idumētum tuum: & ueſtimēta tua ſicut calcantium in
torculari: qbꝰ uerbis chriſtus ait. Torcular calcaui ſolus: hoc ē: ille ego fui q
captus a iudæis & derelictus ab oībꝰ ſolus ſteti i manibꝰ eoꝝ irriſus: attritus
atq; dilaceratus totus: & cruci tādem affixus pp humanæ fragilitatis errores
Mattheus īpios ac ſcelera: morteq; oppreſſus: peccata oīum ſolus ipſe ſanguīe meo la-
ui. De hoc ueſtimēto loqt mattheus. c. xxvii. & exuētes eum chlamydē coc
Lucas cineā circundederunt ei. Et marcus idē dicit: milites āt duxerūt eū i atriū præ
torii: & conuocant totā cohortē: & induunt eum purpura. Et lucas. c. xxiii.
ſpræuit aūt illū herodes cū exercitu ſuo & illuſit indutū ueſte alba. Itē ioan-
nes. c. xviiii. ueſte purpurea circūdederunt eum.

Cōfectis iā chriſti mēbroꝝ oīum uiribꝰ ut ſacrificiū ſe deo redderet ſicuti ſcri
ptum ē pſalmo. l. ſacrificiū deo ſpūs cōtribulatus & cor cōtritū deus non de

ſpicies: uoléſq; oia pſici quæ uaticinati ſũt de ipſo ſancti dei clamãtibus iu/
dæis corã pilato præſide uocibus infauſtis atq; ipiis ut cruci affigeret neque
obſtar neq; r̃pugnare uoluit qppe q cũ imortalis eẽt mortalitate libẽs ſe iduc
rat ut mortales imortalitate idueret offerr ſe deo pr̃i nõ iuitus ꝓ cũctis a po/
teſtate diabolica r̃dimẽdis hoibꝰ uoluit atq; decreuit quẽadmodũ ſcribit eſa
iæ.c.liii.oblatus ẽ qa ipſe uoluit tacebat qdẽ ne eius pia uox atq; dulciſſima
aliquo medio iudæoꝝ rabiẽ leniret Poſtulabãt itaq; iudæi undiq; furore atq; **Eſaias.**
furiis agitati cõclamãtes cruci chriſtũ affigi ferã hãc eſflagitationẽ præuidit
eſaias.c.iii.ruit ieruſalẽ & iudas cõcidit: qa lígua eoꝝ: & ad iuẽtiões eoꝝ cõ
tra dominũ. Itẽ.c.v.expectaui ut faceret iudiciũ: & ecce iniqtas: expectaui
ut faceret iuſtitiã & ecce clamor. Necnõ & hieremias.c.ii.ſupra eũ rugierũt
leones & dederũt uocẽ ſuã: &.c.xii.reliq domũ meã: dimiſi hæreditatẽ meã
dedi dilectã meã i manu inimicoꝝ eius: factus ẽ mihi hæreditas mea q̃ſi leo i
ſilua & dedit cõtra me uocẽ. Et trenoꝝ.c.iii.uidiſti oẽm furorẽ & uniuerſas
cogitatões eoꝝ aduerſũ me. audiſti opprobriũ eoꝝ domie oẽs cogitatões ad
uerſũ me labia iſurgẽtiũ mihi & meditatões eoꝝ aduerſũ me Seſſionẽ eoꝝ &
reſurrectionẽ eoꝝ uide: ego ſũ pſalmus eoꝝ. hoc ipſũ mattheus.c.xxvii.iqt
Dicũt oẽs crucifigat: ait illis præſes qd eni mali fecit: at illi magis clamabãt
crucifigat hoc marcus ẽt.c.xv.ait. at illi clamauerẽt crucifige eũ. Pilato uero
dicebat illis: qd eni mali fecit: at illi magis clamabãt crucifige eũ. Necnõ &
lucas.c.xxiii.exclamauit aũt ſimul uniuerſa turba dicẽs tolle hũc: & ſequit
crucifige crucifige eũ: & i eodẽ. At illi iſtabãt uocibus magnis poſtulãtes ut
crucifigeret & iualeſcebãt uoces eoꝝ & iſra: illi autem clamabant tolle tolle
crucifige eum.

Pilatus hoc tãtũ cũ audiſſet facinus: eũq; morte idignũ eũ iudicaſſet: ſentẽtiã
ferre noluit: attamẽ timẽs ne pelleret e regno: uictus auiditate regnãdi chri
ſtũ iudæoꝝ manibꝰ tradidit ut de ipſo: quẽadmodũ illi aiebant lege ſua cau
tum eẽ pænas ſummerent.

Trahebat itaq; chriſtus tũc a iudæis ad crucis patibulũ ipoſitæ ſup humeros
eius nullũ emittẽs uerbũ: nihil cõquerẽs afflictus corpore mæſtus aia: i corpe
cruciatibus premebat: in aia doloris trãſfigebat iaculo. Hoc utiq; antea di
ctũ ẽ a ꝓpheta pſalmo.xxxvii.ego aũt tãq̃ ſurdus nõ audiebã & ſicut mutus
nõ aperiẽs os ſuũ & factus ſũ ſicut hõ nõ audiẽs & nõ habẽs i ore ſuo redargu
tiões. Et pſalmo.xxxviii.poſui ori meo cuſtodiam cũ cõſiſteret peccator ad
uerſum me: obmutui & humiliatus ſum & ſilui a bonis: & dolor meus reno/
uatus eſt: & in eodem obmutui & non aperui os meum. Poterat quidem chri
ſtus ſed nõ uolebat: uolebat aũt pati & dirum hoc ſponte ſubire ſupplicium
pſpicientes autem eum mulieres quædã incedentem uultu demiſſo. tremulis
genibus: crinibus cruore implicitis: oculis ſanguine cruentatis lamentaban
tur oẽs: & defluẽtibus lachrymis gemebãt atq; plorabãt: qbus ipſe tũc: uoce
ſũmiſſa: totus anxius: & undiq; uulneribus cõpræſſus dixit. Filiæ ieruſalem

nolite flere ſup me: ſed ſup uos ipſas flete: & ſup filios ueſtros: quoniam ecce
ueniēt dies: i qbus dicēt beatæ ſteriles & uētres q nō genuerūt: & ubera quæ
nō lactauerūt: tūc incipiēt dicere mōtibus cadite ſup nos: & collibus: opite
Lucas nos lucæ. xxiii. Hoc ipſū præuidit hieremias. c. viiii. Audite ergo mulieres
Hieremias uerbum domini: & aſſumant aures ueſtræ ſermonē oris eius: & docete filias
ueſtras lamentū: & una quæq; proximā ſuā planctū: qa aſcendit mors p fene
ſtras noſtras: ingreſſa ē domos noſtras diſpdere paruulos deforis & iunenes
de plateis: & zacharias. c. xii. in die illa magnus erit planctus in ieruſalem ſi
cut plāctus ad rēmon in campo magedō: & plāgēt terræ: familiæ & familiæ
ſeorſum: familiæ domus dauid ſeorſum & mulieres eoꝝ.

Iudæi tandem exuentes eum ueſtimentis ſuis inter duos nefarios homines tan
q̄ noxium ſup crucis ſtipitem confixerunt. audiebat ipſe ꝓfecto iudæorum
ſtrepentium ſonitū: & altas ſcæuiſſimoꝝ militum uoces ſonantes quādo mo
Pſalmus rietur & peribit nomē eius: legit hoc. lx. pſalmo. Ipſe uero tacitus cor intus
aiebat. ecce cæperunt aiam meā: irruerunt in me fortes: neq; iniqtas mea: ne
Pſalmus q; peccatum meū ut ſcribit pſalmo. lxviii. De hac enim crucis affixione atq;
Iob chriſti patibulo: legimus iob. c. xxx. nunc quoq; in amaritudine ē ſermo me
us: & manus plagæ meæ aggrauata ē ſup gemitū meum: & pſalmo. xiii. uelo
Pſalmus ces pedes eoꝝ ad effundēdū ſanguinem. Et pſalmo. xvii. circūdederunt me
Pſalmus dolores mortis. Et pſalmo. xxxvii. uim faciebant q quærebant aiam meam.
Et pſalmo. lxviii. pſecuti ſunt me inimici mei: quæ nō rapui tunc exoluebā.
Pſalmus Et pſalmo. lxxxxiiii. Captabunt in aiam iuſti & ſanguinē inocentē. condēna
Eſaias. būt. Et eſaias. c. xxxxiii. uerūtamē ſeruire me feciſti i peccatis tuis: præbui
ſti mihi laborē i iniqtatibus tuis: ego ſū: ego ſū ipſe q̄ deleo iniqtates tuas ꝓ
pter me: &. c. lviiii. opa eoꝝ: opa inutilia: & opus iniqtatis i manibus eoꝝ:
pedes eoꝝ in malū currūt: & feſtinātꝰ ut effundāt ſanguinē inocentē. Et hie
remias. c. xi. ego q̄ſi agnus māſuetus q portat ad uictimā & nō cognoui: qa
cogitauerūt ſup cōſilia dicētes: mittamus lignū in panē eius. & eradamus eū
de terra uiuētiū: & nomē eius ne memoretur amplius.

Crucē poſtea iudæi ſup quā chriſtus erat manus atq; pedes clauis ferreis confi
xus extulerūt extēſis iā oibꝰ mēbris atq; fūditus dilaniatis: ſicuti habet pſal
mo. xxi. foderūt manus meas & pedes meos dinumerauerūt oīa oſſa mea: &
pſalmo. lxxxvii. clamaui ad te domīe: tota die ad te expādi manus meas. Itē
pſalmo. cxxxx. eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū ueſptinū. Et apud eſaiā. c.
v. & leuabit ſignū i natiōibꝰ ꝓcul: &. c. lxv. expādi manus meas tota die ad
Eſaias populū icredulū q gradit i uiā nō bonā. & trenoꝝ. c. iii. Circūædificauit ad
Trenorū uerſum me & non egrediar & aggrauauit cōpedem meum. Abachuc inſuper
Abachuc. capitulo. iii. Cornua in manibus eius: hoc eſt manus chriſti ueluti cornua ſu
per crucem diſtentæ: & ſequitur ibi abſcondita eſt fortitudo eius ante faciē
zacharias eius ibi mors: fortitudo ideſt diuinitas: ante faciem: ante humanitatem ſci

licet. Et in eodē. Altitudo leuauit manus eius: & zacharias. c. xii. Et aſpicient in me quē confixerunt: & plangent eum plantu quaſi ſup unigenitum: & dolebunt ſuper eum ut dolere ſolet in morte primogeniti. Item. c. xiii. quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarū: & dicet. His plagatus ſum ī domo eoꝝ qui diligebant me. Affirmat hoc idem mattheus. c. xxvii. poſtq̄ autem crucifixerunt eum &c. Itē marcus. c. xv. & crucifigētes eum &c. & lucas. c. xxiii. & poſtq̄ uenerunt in locum q uocatᷣ caluarie ibi crucifixerunt eū: & ioannes. c. xviiii. exiuit in eum qui dicitur caluarie locū hebraicæ autem golgota ubi crucifixerunt eum. Mattheus. Marcus. Lucas Ioannes

Quo ppetrato ſcelere atq̜ conſūmato: tūc milites: quoꝝ officiū eſt dānatoꝝ ſemp ſibi rapere ueſtimēta: poſtq̄ pænas obnoxii dederint: inter ſe chriſti palium diuiſerūt. Tunica uero quæ ueluti cilicium contexta erat: cū ad cōmoditatē aliquā eoꝝ cuiuſlibet diuiſa nō accederet: ut illorū aliqs ipſa integra frui poſſet: ſup eam ſortē poſuerūt. Scribitᷣ iſtudipſum pſalmo. xxi. Ipſi uero conſiderauerunt & inſpexerūt me: diuiſerūt ſibi ueſtimēta mea: & ſup ueſtem meā miſerūt ſortē. Et hieremias. c. xiii. Hæc ſors tua parſq̜ mēſure tuæ a me dicit dominus qa oblita es mei: & cōfiſa es in mēdacio & infra: ue tibi ieruſalē. Quod & mattheus itidē hoc ait. c. xxvii. diuiſerūt ueſtimenta eius ſortem mittentes: & marcus. c. xv. diuiſerunt ueſtimenta eius mittentes ſorem ſuper eis quis quid tolleret. Et lucas. xxiii. c. diuidentes uero ueſtimenta eius miſerunt ſortes. Et ioannes. c. xviiii. milites acceperunt ueſtimenta eius & fecerunt quattuor partes unicuiq̜ militi partē & tunicā. Erat aūt tunica inconſutilis deſuper contexta per totum: dixerunt ergo adinuicem non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Pſalmus Hieremia Mattheu Marcus Lucas Ioanues

Erat chriſtus in ligno affixus in mēte præſſus anguſtia: ī corpore cruciatus uulneribus foris agitatus opprobriis: atq̜ linguarū maledicētiū ictibus tanq̄ ſignū ad ſagittā undiq̜ pcuſſus. Hinc inde ut reqem aliquam inuenire poſſet nunc in ſiniſtrum nūc in dextrum uertebat latus caput ſpinis circūfoſſum atq̜ cruore infectū: tacituſq̜ aiebat quod ſcribitᷣ pſalmo. xxi. ego ſum uermis & nō hō opprobriū hoīum & abiectio plebis. Necnō & illud pſalmo. cxiiii. Circūdederūt me dolores mortis: & illud pſalmo. cxxxxi. Cōſiderabā ad dexterā: & uidebā: & nō erat q cognoſceret me. Et trenoꝝ. c. i. O uos oēs q trāſitis p uiam attendite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Pſalmus.

Tāto præterea iſlati furoris ſpū iudæi erāt: liuoreq̜ ac ſimultate referti: ut cū morti chriſtus pximus foret ſitio diceret: nō qdē aquæ potū: nō uini: nō cuiuſuis alterius liquoris dulcedinē: ſed aiarū ſalutē atq̜ btitudinē. Ad quā uocē nocēdi ueneno īfecto iudæi ſcelerati ac pfidi: ī harūdinis apice ſpōgiā aceto hyſopo ac felle horrido plenā īponētes domio porrexerūt: o uenenata iudaici populi fraus: o cogitata leonū rugiētiū rabies: q tibi a pre pietatē miſericordiā ueniā atq̜ ſalutē flagitabat: tu ſceleſtus īprobus furioſus ac īpius: tu

inq̄ ei omne interitus genus atq; pditionis afferre nō impiger ſatagebas. hāc
ſingularem imanitatem & execrabilem affatus eſt ꝓpheta pſalmo. lxviii. de
derunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerūt me aceto. Et. c. xxii. deu/
Pſalmus. teronomii. uua eoꝝ: uua fellis: & botrus amariſſimus: fel draconū uinū eoꝝ
Deutero/nomii uenenum aſpidū iuſanabile. Et hieremias. c. ii. Ego plantaui te uinea electa
omne ſemē uerum: quomodo ergo conuerſa es in prauū uinea aliena. Et tre
Hieremias norum. c. iii. ædificauit in gyro meo & circūdedit me felle & labore. Et i eo
dem repleuit me amaritudinibus inebriauit me abſinthio: & ſequit̄ recorda
re pauptatis & tranſgreſſionis meæ abſinthii & fellis. Idē mattheus de chri/
ſto inqt. c. xxvii. Et cōtinuo currens unus ex eis accæptā ſpongiam impleuit
aceto & impoſuit harūdini & dabat ei bibere. Et marcus. c. xv. Currens aūt
Lucas unus & implēs ſpongiā aceto circūponenſq; calamo potum dabat ei. Et lu/
Ioannes cas. c. xxiii. Et milites accedentes: & acetum offerentes. Et ioānes. c. xviiii.
uas aūt erat poſitum aceto plenum: illi autem ſpongiam plenam aceto hyſo
po circūponentes obtulerunt ori eius.

Et quoniam q alios docet & ipſe prior facere debuit: chriſtus enim ueluti bo/
nus & conſūmatus doctor patrem ſuū cœli conditorem & mundi huius opi
ficem uoluit ꝓ inimicis ſuis atq; crucifigentibus orare: q̄ppe q ante ſuos do
cuerit diſcipulos: ut inimicoſ diligeret: utque re ipſa factoque oſtenderet: &
ſe pfeciſſe quod monuit in ligno pendens ait. Pater dimitte illis qa neſciunt
qd faciunt: quēadmodum ſcribit lucas. c. xxiii. Id antedictū fuerat ab eſaia
Lucas. c. liii. & ipſe ꝓ tranſgreſſoribus orauit. Hoc etiā præuidit ipſe ꝓpheta. c. xx
Eſaias. iiii. iccirco aduerſus iudaicum populum clamat: tranſgreſſi ſunt leges: mu/
tauerunt ius: diſſipauerunt fædus ſempiternum. Et in eodem: præuaricātes
præuaricati ſunt: & præuaricatione tranſgreſſoꝝ præuaricati ſunt. Necnō
c. xxxxviii. Scio quia præuaricans præuaricaberis, & tranſgreſſorē ex ute/
ro uocaui te.

His peractis in chriſti corpore ſuppliciis ſol lumen ſuum amittens cōtinuo ob
tenebroſus undiq; factus eſt. Idem. lvii. pſalmo dicitur. Supcecidit ignis: &
nō uiderunt ſolem. Ignis hoc ē iudæoꝝ furor ſup chriſtum. Et eſaias. c. xiii.
Stellæ cœli & ſplēdor earum non expandent lumen ſuū obtenebratus eſt ſol
in ortu ſuo & luna nō ſplendebit in lumine ſuo. Et. c. xxiiii. Erubeſcet luna
& confundet̄ ſol. Et hieremias. c. iiii. aſpexi terram & ecce uacua erat: & cœ
los: & nō erat lux in eis. Necnon &. c. xv. Occidit ei ſol cū adhuc eſſet dies
Hieremias cōfuſa eſt & erubuit. Et ezechiel. xxxii. ſolem nube tegam: & luna nō dabit
Ezechiel lumen ſuū: omnia luminaria cœli merere faciam: & dabo tenebras ſup terrā
Iohel. tuam dicit dominus deus. Et iohel. c. ii. A facie eius contremuit terra: moti
ſunt cœli: ſol & luna obtenebrati ſunt. & ſtellæ retraxerunt ſplēdorem ſuum
Amos. Et amos. c. viii. & erit in die illa dicit dominus: occidet ſol meridie & tene/
breſcere faciā terrā in die luminis: & cōuertam dies feſtos ueſtros in luctum:

& cantica ueſtra in lamẽtationẽ. Dicit hoc idem mattheus. xxvii. c. A ſexta Mattheꝰ
aũt hora tenebræ factæ ſunt ſup uniuerſam terram uſq; ad horam nonã. Et Marcus
marcus. c. xv. & facta hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſup totã terram uſq; in Lucas
horam nonã. Et lucas. c. xxiii. erat aũt fere hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt
in uniuerſam terram uſq; in horam nonã: & obſcuratus eſt ſol. Neq; mirũ mo
riente chriſto ſol ſi ſuum lumẽ obtexerit: quãdo poſt tot iniurias ſibi illatas:
tot opprobria: irriſiones: ſputa flagella: angores: mæſticias: crucis affixionẽ
emiſerit ſpũm: qppe q erat lux uera quæ illumiat oẽm hoiem ueniẽtẽ in hũc
mũdũ de quo antea dictum eſt ab eſaia. c. lx. Surge illuminare ieruſalẽ quia Eſaias.
uenit lumen tuum & gloria domini ſup te orta eſt. De hac morte chriſti ſcri-
ptum eſt geneſeos. c. xxxxviiii. ad prædã fili mi aſcẽdiſti: & reqeſcens accu- Geneſeos.
buiſti. & pſalmo. lxvii. domini domini exitus mortis: & pſalmo. xv. caro Pſalmus
mea reqeſcet in ſpe: & pſalmo. cxviii. os meũ aperui & attraxi ſpũm. & eſa- Daniel
ias. c. lvii. Iuſtus perit & nõ eſt q rogitet in corde ſuo. & daniel. c. viiii. poſt
hebdomadas. lxxii: occidet̃ chriſtus. & trenoꝝ. iii. opuiſti in furore & pcuſi Trenoꝝ
ſti: occidiſti nec pepciſti. & pſalmo. lxxxviii. Tu uero repuliſti & deſpexiſti: Pſalmus
diſtuliſti chriſtum tuũ: auertiſti teſtamentum ſerui tui: pfanaſti in terra ſan-
ctuarium eius: deſtruxiſti oẽs ſepes eius: & ſequit̃ factus eſt opprobriũ uici- Mattheus
nis eius. mattheus itidem dicit. c. xxvii. marcus. xv. Lucas. xxiii. & ioannes Marcus
xviiii. & inclinato capite tradidit ſpiritum. Lucas

Tunc uelum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes a ſummo uſq; deorſum: quẽadmo Ioãnes
dũ. c. xxvii. apud mattheum legimus: & apud marcũ. c. xv. & apud lucã. c. Mattheus
xxiii. Iſtudipſum ante locutus eſt amos ppheta. c. viii. Et ſtridebũt cardineſ marcus
tẽpli in illa die dicit dominus. Et. iii. Re. c. viiii. Templũ quod ſanctificaui Lucas
nomini meo proiiciã a cõſpectu meo. Terra inſup chriſto mortuo cõmota ẽ Amos.
ut eodẽ. c. mattheus ait. Quod ante dictũ fuerat. ii. Re. c. xxii. Cõmota eſt Li. Re.
& cõtremuit terra: fundamenta montium cõcuſſa ſunt: quoniã iratus eſt eis. Mattheus
Et hæc eadẽ uerba dicunt̃ pſalmo. xvii. & pſalmo. lxxxxvi. uidit & cõmota Li. Re.
eſt terra. Itẽ eſaias. c. viiii. In ira domini exercituũ cõturbata eſt terra: & erit Pſalmus
populus quaſi eſca ignis. Et iohel. c. ii. A facie eius contremuit terra: & mo Eſaias.
ti ſunt cœli. Itẽ naum ppheta. c. primo: contremuit terra a facie eius: & or- Iohel
bis & omnes habitantes in eo. Naum

Venit demũ qdam eoꝝ militum diabolico ſpiritu impulſus: ut dicit̃ abachuc Abachucs
c. iii. & diabolus ante pedes eius. Latus eius mucrone directo trãſfixit. Hoc Iob
ſcriptum ẽ iob. c. xv. Cõfregit me: & poſuit me ſibi quaſi ſignum circũdedit Hieremiaſ
me lanceis ſuis cõuulnerauit lũbos meos & nõ pepcit. Et in eodẽ cõcidit me
uulnere ſup uulnus: irruit in me quaſi gigas. Et hieremias. c. xxxxvii. uſque-
quo cõcideris o mucro domini? uſquequo nõ qeſces? ingredere in uaginã tuã
refrigerare & ſile. Et trenoꝝ. iii. Tetẽdit arcum ſuũ & poſuit me quaſi ſignũ Trenorũ.
ad ſagittam. Huiuſmodi facinus ioannes uidit: iccirco. c. xviiii. teſtat̃ dicẽs Ioãnes.

unus militum lancea latus eius aperuit.

Viſis his oibus & expeditis nobilis uir qdam hebræus ac diues noie ioſeph do
natum ſibi corpus a pilato inuolutũq; pãno lineo in monumẽto ſuo poſuit.
Hieremias Erat qdem monumentũ illud quaſi domũcula quædã in cuius medio erat ſe
pulchrũ: in quo depoſitũ chriſti corpus lapide magno clauſit. Quã ob rem
plangit hieremias trenoꝝ. iii. Circũædificauit aduerſum me: ut nõ egrediar
aggrauauit cõpedem meũ: & in eodẽ cõcluſit uias meas lapidibus quadris ſe
Pſalmus mitas meas ſubuertit. Et infra lapſa ẽ in lacu uita mea: & poſuerũt lapidem
Mattheus ſup me. Et pſalmo. iiii. in pace in id ipſum dormiã & reqeſcam: quoniam tu
domine ſingulariter in ſpe cõſtituiſti me: & pſalmo. cxxxxii. Collocauit me
Marcus in obſcuris ſicut mortuos ſæculi. mattheus hoc idẽ dicit. c. xxvii. & accepto
Lucas corpore ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda: & poſuit illud in monumẽ
Ioannes. to ſuo nouo quod exciderat in petra & aduoluit ſaxũ magnũ ad oſtiũ monu
Mattheus mẽti: hoc idẽ marcus. c. xv. lucas. xxiii. & ioãnes. c. xviiii. dicit & affirmat.

Sed quoniã prædixerat ſe tertio die reſurrecturũ: ut legiť matthei. c. xx. Ec-
ce aſcẽdimus hieroſolymã: & filius hominis tradeť principibus ſacerdotum
& ſcribis: & condẽnabunt eũ morte: & tradent eũ gentibus ad illudendũ &
flagellãdum & crucifigẽdum & tertia die reſurget. Ipſum militari cuſtodia i
Eſaias. monumẽto cõcluſum circũdederũt. Hoc ante dixerat eſaias. c. liii. & dabit
mattheus. impios ꝑ ſepultura: Quod & mattheus. c. xxviii. etiã ſcribit. Domie recor
dati ſumus ꝙ ſeductor ille dixit adhuc uiuẽs poſt tres dies reſurgam: iube er
go cuſtodiri ſepulchrum uſq; in diem tertium & ſequitur habetis cuſtodiam
ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum ſignan-
tes lapidem cum cuſtodibus.

Pſalmus. Verũ die tertio (ut dixit) ex monumẽto ꝑterritis cuſtodibus egreſſus eſt ac re-
Pſalmus. ſurrexit uiuus & integer. Dauid hoc cecinit pſalmo. iii. ego dormiui & ſom
num cæpi & reſurrexi quoniã dominus ſuſcepit me. Et pſalmo. xxv. non de
relinques aĩam meã in inferno: nec dabis ſanctũ tuum uidere corruptionem
Et pſalmo. xxvii. & refloruit caro mea ex uolũtate mea cõfitebor illi. & pſal
mo. xxviiii. Quæ utilitas i ſanguine meo dũ deſcẽdo i corruptionẽ nunqd
cõfitebitur tibi puluis: aut annunciabit ueritatẽ tuã: audiuit dominus & mi
Pſalmus. ſertus ẽ mei dominus factus ẽ adiutor meus. Conuertiſti plãctũ meũ in gau
diũ mihi: cõſcidiſti ſaccũ meũ & circũdediſti me lætitia. Et pſalmo. lxxii. te
Pſalmus. nuiſti manũ dexterã meã: & in uolũtate tua deduxiſti me: & cũ gloria ſuſce-
piſti me. Et pſalmo. lxxviii. excitatus eſt tanq̃ dormiẽs domius: tanq̃ potẽs
Pſalmus. crapulatus a uino. Necnõ & pſalmo. cxxxviii. domine ꝓbaſti me & cognoui
ſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã & reſurrectionẽ meã. Et in eodem tenebræ
Eſaias. nõ obſcurabunť a te: & nox ſicut dies illuminabiť: ſicut tenebræ eius ita &
lumẽ eius. Itẽ eſaias. c. xi. In die illa radix ieſſe q ſtat in ſignũ populoꝝ: ipſũ
gẽtes depræcabunť: & erit ſepulchrũ eius glorioſũ. Quod qdẽ capitulum a

doctoribus hebræis de chriſto hoc ē meſſiach ꝓculdubio exponit̃: hoc itidē ait. c. xxxiii. Nūc ſurgā dicit dominus: nūc exaltabor: nūc ſublimabor. Et oſeas. c. vi. uenite & reuertemur ad dominū qa ipſe cæpit & ſanabit nos: p/cutiet & curabit nos: uiuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos: & uiuemus in cōſpectu eius ſciemus ſequemurq; ut cognoſcamus dominum: quaſi diluculū præparatus ē egreſſus eius. Et ſophonias. c. iii. Expecta me dicit dominus ī die reſurrectiōis meæ. Hāc chriſti reſurrectionē ioſephus hiſtoriographus teſtat̃ libro. xviii. c. viiii. inqt eni. Fuit autem hiſdē temporibus ieſus ſapiens uir: & ſequitur hunc accuſatione primorum noſtræ gentis uirorum: cum pilatus in crucem agendum decreuiſſet: non deſeruerunt hi q ab inicio eum dilexerunt. Apparuit eni eis tertia die iterum uiuus Hoc teſtatus ē mattheus. c. xxviii. Scio enim ꝙ ieſum q crucifixus ē quæritis non eſt hic: ſurrexit enim ſicut dixit. Itidem marcus. c. xvi. Lucas. xxiiii. & ioannes capitulo. xx.

Doctores hebræi

Oſeas

Magna itaq; & admirabili auctoritate q̄plurimoꝝ hoīum ꝓphetarū: quos nō latuit illud diuinæ maieſtatis arcanū quod deus idulgētiſſimus iudex ꝓ ſalute fragilitatis humanæ futurū decreuerat oſtēdimus meſſiach ſcilicet uarias atq; ꝑmultas paſſurū ſollicitudines atq; anguſtias: & mortis demū illud ſubire ſuppliciū: quod antea nunq̄ neq; poſt: quocūq; iplicitus perditiōis ſcelere homo qs ſubierit. Q uoꝝ oīum quoniā iudæus uagus atque uerſutus poſſet aliqua de qbus diximus ad ſuū ſenſum diuertere: ut uno igit̃ tātū diuino uate eius fallacias reprimamus: audiat legat & ꝑlegat eſaiā. c. liii. quo in loco quæq; ſupius de meſſiach uel chriſto diximus: ille uti diuinus uates atq; propheta totus ſancto ſpū circūfuſus cæleſti uaticinio ſuo plenius atq; illuſtrius expoſuit & declarauit. Cuius uerbis iudæus q nimium ſuo malo ſapit: ſi diligenter aures præſtare: & oīa ſi ſtudioſe ꝑcontari uoluerit: ui aliqua uel fundamento repugnare nō poterit: qn meſſiach quæ & chriſtus ſuſtinuit paſſurus ſit oīa. Inqt enim ꝓpheta. Q uis credidit auditui noſtro & brachiū domini cui reuelatū eſt? Aſcēdet ſicut uirgultū corā eo: & ſicut radix de terra ſitienti. Nō eſt ſpecies eius neq; decor. Et uidimus eū: & non erat aſpectus & deſiderauimus eū deſpectū: & nouiſſimū uiroꝝ: uirum doloꝝ & ſcientē īfirmitatē. Et quaſi abſcōditus uultus eius & deſpectus: unde nec reputauimus eū. Vere langores noſtros ipſe tulit: & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos reputauimus eū quaſi leproſum: & ꝑcuſſum a deo & humiliatū. Ipſe aūt uulneratus ē ꝓpter iniqtates noſtras. Attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſup eum. Oēs nos quaſi oues errauimus: unuſqſq; in uiam ſuam declinauit: & poſuit dominus in eo iniqtatē oīum noſtrū. Oblatus eſt quia ipſe uoluit: & nō aperuit os ſuū. Sicut ouis ad occiſionē ducet̃: & quaſi agnus corā tondēte ſe obmuteſcet & non aperiet os ſuū. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Generationē eius qs enarrabit? Q uia abſciſſus ē de ter

Eſaias

ra uiuētiū. Propter ſcelus populi mei pcuſſi cū: & dabit ipios ꝓ ſepultura & diuites ꝓ morte ſua: eo ꝙ iniqtatem nō fecerit: neqꝫ dolus fuerit in ore eius. & dominus uoluit cōterere eū in infirmitate. Si poſuerit ꝓ peccato animam ſuā uideb it ſemē lōgeuū: & uolūtas domini in manu eius dirrigeť. Pro eo ꝙ laborauit anima eius uidebit & ſaturabitur. In ſciētia ſua iuſtificabit ipſe iu ſtus: ſeruos multos & iniqtates eoꝝ ipſe portabit. Ideo diſptiā ei plurimos: & fortiū diuidet ſpolia: ꝓ eo ꝙ tradidit in mortē aīam ſuā. Et cum ſceleratiſ reputatus eſt: & ipſe peccata multoꝝ tulit: & pro tranſgreſſoribus rogauit. Ad hæc ſi aīaduertere iudæus uoluerit accurate niſi ſui ipſius neſcius ſit atqꝫ rōnis omnino nō particeps: ſuos corriget errores: noſtrāqꝫ amplexabitur do ctrinā ſolidis ꝓphetarū radicibus fundatā: atqꝫ rōne pfixam. Reuocabitur que tunc a pditionis itinere ad qetam atque tranqllam uitam lucēque perpe tuam. Q uid enim clarius? qd opportunius ædere poterat angelicus iſte pro pheta ad oſtēdendū illatas in meſſiach inſidias ægritudines derriſiones con temptus opprobria uel mortē denique uel interitū: q̄ quod in huiuſmodi ca pite docuit atque mōſtrauit? in quo qcquid eſt ab eo dictū illud nāque totū in chriſto pfectum eē & cōſumatū penitus oibus cōſtat. Hæc igiť oia cum in ter ſe cōgruāt atque ſimilia ſibi ſint qbus & chriſtus oppreſſus fuerit: & quæ de meſſiach ꝓphetæ oēs prædixerint: iure atqꝫ merito dici debet (nec aliter exiſtimari pōt) chriſtum noſtrum fuiſſe uerum meſſiach.

Hebræi. Rabi ſa. Ar. iudæ. — At qdam iuniores hebræi ſectātes rabi ſolomonis errores atqꝫ inſaniā: uolēteſ que eadē ingredi quæ & ille iniuit: ut peruicaciā ſuā modo aliquo tueri poſ ſint: quæque ab eſaia in eo capitulo dicta ſunt: iudaíco populo p orbē diffu ſo atque diſpſo accōmodare conanť. Et queādmodum ille fruſtra tanq̄ arro gans atqꝫ ſtultus omni ueritate cecidit: ſic inſcipiētes iſti ea ſpoliati omnino ignorantia omni atque falſitate captantur.

Re. ad ar. Rabi mo. gerun. Geneſeos. Eſaias. — Iſtoꝝ enim opinio q̄tum a rōne & a ueritate diſſentiat: exploratū qſqꝫ ſatis ha bet. Nā tenent iudæi doctorē ſuū rabi moſen gerūdenſem cui plurimum tri buūt ob eius ingeniū atqꝫ doctrinā: q ſup his uerbis. Q ui introduxit eā i ta bernaculū ſare matris ſuæ geneſeos. c. xxiiii. inqt hic ē rex meſſiach: q dedit cor ſuū ad petendū miſerationes ꝓ iſrael: & ad ieiunādum & humiliādum ſe ꝓ eis ſicut ſcriptū ē eſaiæ. c. liii: ipſe āt uulneratus ē ꝓpter iniqtates noſtras attritus ē ꝓpter ſcelera noſtra. hæc ille quē & alii Talmuthiſte ſecuti ſunt: q bus teſtibus licet ipſi ueritati faueant nobis tamē opus nō eſt quādoqdem rō ipſa ueritatē adeo aperiat atqꝫ illuſtret ꝙ nullus tā ineptus fuerit: q eā nō ui deat: nō agnoſcat: atqꝫ (ut ita dixeri) manibꝫ nō ptractet. Inqt ꝓpheta eo ꝙ iniquitatē nō fecerit: neqꝫ dolus fuerit in ore eius. Hæc autē iudaíco populo aſcribi minime poſſunt cū nullū animātiū genus ſit: quod magis ad ſtruēdaſ inſidias fraudes atqꝫ ipietatē ppetrādā pronū ſit atque facile peragatque li bentius quod machinatū fuerit q̄ pniciosa hæc & ípia iudæoꝝ turba. Noui

futuræ ꝓbitatis diligebatur a patre præ cæteris eius fratribus: & itidē ipſe a deo illum amari nouerat. Hic eteni per ſomnia ſibi diuinitus tradita ꝑmulta uaticinatus eſt: ex quo nō congruebat diuinæ clemētiæ ut bonis moribus & optimis inſtitutis prædítus locum ꝑditoꝝ hoīum adiret. Ait tamē iacob de ſcēdam ad filiū meū lugens in infernū: deſcendam inqt non aūt aſcendā. Et in infernū: nō ad cæleſtē gloriam. Hac igiť rōne facile ꝑcipiť infernū in quē perſuadebat ſibi iacob filiū deſcendiſſe domiciliū quoddā eē inter beatorū locū atq; ſpirituū dānatoꝝ. Neq; ſepulchrū uel foueā ītellexit uir dei iacob ut iudæi aſſerūt: nā geneſeos. c. xxxxii. ait ipſemet loquēs de beniamin filio ſi qd ei aduerſitatis acciderit ī terrā ad quā ꝑgitis: deducetis canos meos ad inferos: hoc ē deorſum ad patres ueteres & antiquos. Scribiť enī iob. c. vii. q deſcēdit ad inferos nō aſcēdet. Iacob uir ſapiētiſſimus qū dixit deſcēdam ad filiū meū lugēs in īfernum rōnem nō habuit corporis ſed animæ cum a beſtia corpus filii deuoratū crederet: nam ſi fera peſſima deuorauit ioſeph: ut ipſi perſuaſerant filii: quomodo dixit deſcendam ad ſepulchrum quod non erat uel ad foueam quam non credebat. Geneſeos

Qd aūt infernus dicať lymbus nos admonet ꝓpheta pſalmo. xv. Nō dereliques ait aīam meā in inferno. Hoc qdē in loco infernus neq; ſepulchrum neq; fouea diciť: quādoqdē aīa nō in ſepulchro uel fouea īcludať. Neq; locus æterni ſupplicii dici pōt: cum aīa ibidē a deo derelicta penitus ſit atq; deſerta: & tamē diciť ibi: nō derelinques aīam meā in īferno: hoc autē dictum eſt ad oſtendēdum locum medium īter paradiſum & īfernū. At iob uir ſanctiſſimus clarius nobis ꝙ īfernus lymbus nuncupeť oſtēdit. c. xiiii. Inquit enim. Quis mihi hoc tribuat ut in īferno ꝓtegas me & abſcōdas me donec ꝑtranſeat furor tuus: & cōſtituas mihi tēpus ī quo recorderis mei. Hoc ſane in loco lymbus apte demōſtrať. Diciť nāq;: Quis mihi hoc tribuat ut in īferno ꝓtegas me & abſcōdas me donec ꝑtrāſeat furor tuus: hoc ē nemo niſi tu in lymbo me tueri atq; defendere poterit uſquequo nō ſecedat furor tuuſ a me ideſt priuatio beatitudinis æternæ ꝓpter originale peccatū. Seqtur iccirco: & cōſtituas mihi tēpus hoc ē paſſionis chriſti: in quo recorderis mei: hoc ē ex lymbo educēdo me ad uitā beatā. Ideo ſeqtur ꝓpheta. Expecto donec ueniat immutatio mea ideſt de loco tenebroſo ad locū lucidum & amænū. Et uocabis me hoc ē de lymbo. Et ego reſpōdebo tibi: ideſt te ſequendo in uitā æternā. Opi manuū tuaꝝ porriges dexterā: mihi uidelicet q ſum opus manū tuarum porriges potentiā tuā: ex ipſo carcere me extrahēdo. Et ſeqtur. Curaſti iniqtatē meā: peccatū meū ſcilicet originale purgaſti aſpſione ſanguinis chriſti. Declarať hoc ēt ab eodē nō minus dilucide. c. xvii. inqt enī. Si ſuſtinuero infernus domus mea ē: & ī tenebris ſtraui lectū meū hoc ē ſi angores meos atq; anguſtias æquo animo pferam domiciliū meum lymbus erit: & ī tenebris ſtraui lectulum meum: ideſt & ī eodem loco poſui quietem meam. Sic enim

Pſalmus.

Iob

Iob cõcludere uoluit ſi ſollicitudines meas atq; mærores minus patiẽter tulero: in inferno erit domus mea hoc ẽ non in lymbo ſed in dãnatione æterna. Ideo ſequit̃ in pfundiſſimũ infernũ deſcẽdent oĩa mea: in locũ ſcilicet perditorꝝ q oĩum pfundiſſimus eſt: quod magis ſequẽdo declarat: putaſne ſaltem ibi erit requies mihi: hoc eſt minime quoniam in iferno qui locorꝝ oĩum profundiſſimus eſt nulla eſt redemptio.

zacharias

Inſup ueritas hæc de qua loqmur zachariã nõ præteriit. c. viiii. Tu quoq; i ſãguine teſtamẽti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu i quo nõ eſt aqua: hæc ut de meſſiach dicant̃ inficiari iudæi nequeũt: nã paulo ſupius dicit̃. Exulta ſatis filia ſyon iubila filia ieruſalẽ: ecce rex tuus ueniet iuſtus & ſaluator: ſup quibus uerbis ſchola iudaica docet & iprimis ſolomõ eius rabi hæc intelligi oĩa de rege meſſiach. Et ſequit̃ poſtea tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti uinctos de lacu in quo nõ eſt aqua. His ſane uerbis ppoſitum de quo agitur mirũ in modũ illuſtrat̃. Ait enim: Tu quoq; o meſſiach in ſanguine quẽ ſcilicet in crucis affixione effudiſti teſtamenti tui hoc ẽ legis tuæ myſteriũ cõfirmaſti eduxiſtiq; de lacu uinctos: de lymbo uidelicet antiquos pr̃es in quo nõ eſt aqua ideſt nulla pena ſenſus ſed dãni. Et ſcribit̃ ibi teſtamẽti tui hoc ẽ ut diximus legis tuæ: queadmodũ uidimus ſupra ubi de lege noua ſcripſimus. fœdus pactũ atq; teſtamentũ legẽ ſignificare omnino ut habet̃ et pſalmo. xxxxviiii. Peccatori aũt dixit deus quare tu aſſumis teſtamentũ meũ p os tuũ Et pſalmo. lxxxviii. diſpoſui teſtamentũ electis meis hoc eſt legem meam.

Schola iudaica. Rabi ſo.

Pſalmus. Pſalmus.

Sed cur a nobis terit̃ tempus iudæis huiuſmodi ueritatẽ p pphetas oſtẽdẽdo quãdoqdem & ipſi eã ipſam a doctoribus ſuis ampliorẽ atq; clariorẽ habeãt Nã pſalmo. xxxxviii. ſup his uerbis quique terrigenæ & filii hoĩum ſimul in unũ diues & pauper gloſa hebræa inqt. Quicq; terrigenæ iſti ſunt filii adæ. Filii aũt hoĩum iſti ſunt hoĩes a noe uſq; ad abraã. Diues uero ẽ ille q ſacra lege inſtructus ẽ. Pauper aũt q legẽ pfecte nondũ habet. Simul in unũ hoc eſt ꝙ ambo diues & paup deſcẽderũt ad infernũ. Vult enim hæc gloſa ꝙ inſtructus lege: hoc eſt faciens legem deſcẽdat ad infernum: ꝙ de pditorꝝ loco nec quidem dici nec cogitari debet. Diuinæ nãq; iuſtitiæ incõgruũ foret ꝙ exequentes legis mandata pari pæna mulctarent̃ ut mali. Igit̃ qum dixit diues & pauper deſcẽderũt ad infernũ intellexit locũ mediũ inter paradiſum & infernũ. Et licet paup ille hoc eſt legẽ renuẽs ad dãnatorꝝ locũ deſcẽderit: uoluit tamẽ gloſa iſta apte oſtẽdere: ꝙ neq; malus neq; bonus q̃cũq; iſte bonitate circũmunitus fuiſſet: æternã illã adipiſci btitudinẽ poterat. Itẽ geneſeos. c. xv. ſup iſtis uerbis. Tu aũt ibis ad pr̃es tuos i pace ſepultus i ſenectute bona: ait rabi amõ pr̃es abraæ idolorꝝ cultores erãt & deſcẽdert̃ ad iſernũ: igit̃ & abraã: hæc ille. Qd̃ qdẽ itelligẽdũ nõ ẽ de pditorꝝ loco ſed de loco medio iter paradiſũ & iſernũ q alius nullus ẽ niſi quẽ nos lymbũ dicimus & appellamus: queadmodũ ſupius ubi de abraã attigimus cõſtitit legẽtibus accurate:

Pſalmus

Gloſa hebræa.

Geneſeos ĩ

Iſtud ipſum aſſerunt iudæi de moſe ſupˀ eo. Iuſtus perit in iuſtitia ſua: eccle/
ſiaſtes. c. vii. Aiunt enim hæc uerba ſcribunť de moſe: q filio cuiuſdam mu
lierculæ ſimilis extitit: quæ cū grauida foret quodā accuſata crimine: & itru
ſa carcere peperit filiū: qua mortua incarceratus remāſit puer. Rex uero ci/
uitatis cū inde animi cauſa pambularet: adultus iam puer magne rex inquit
hic natus ſum: & educatus adhuc iſtic maneo: cur his tenebris inuolutus op
primor. Tunc rex ait: ꝑpter peccatū matris tuæ. Cōſtat itaqꝫ ꝑ hæc hebræo
rum dogmata ſanctoꝝ patrum animas ante mortem chriſti ad paradiſū nō
aſcēdiſſe. Neqꝫ cogitare fas ē ꝙ ad æterni ſupplicii locum ꝓlapſi fuerint: cū
mandatoꝝ dei eſſent iuſti executores ac uiri ſancti. Erat igitur locus ab iſtis
ſeparatus omnino in quo habitantes illi expectabant lumen regis meſſiach. Bereſit
Hoc habeť etiam apud talmuthiſtas in bereſit raba. ubi quæriť quid illud raba.
ſignificet danielis. c. ii. Et lux cū eo eſt: reſpondet rabi abba: lux iſta ē regis
meſſiach: quam ꝓ illo ac illius generatione poſuit deus ſub ſede maieſtatis Rabi oſua
ſuæ. Item in eodem codice dicit rabi oſua. Contuli me cum angelo ad por/
tam inferni quodam die: & cum introiiſſet ille inferni locū metiri uolēs: cū/
qꝫ id exequi nō potuerit inde exiit. Rurſus alio die infernum uerſus cum iter
caperemus: meſſiach nobiſcū ad inferni portā pariter ſe recepit. Ibi uero q
aderant circūſpiciētes locū undiqꝫ illuceſcere: tanto illuſtrati lumine aiūt ab
his tenebris qdem liberabimur a meſſiach: quēadmodū ſcriptum ē oſeæ. c. Oſeas
xiii. De māu mortis liberabo eos: de morte redimā eos: ero mors tua o mors Pſalmus:
ero morſus tuus inferne. Et pſalmo. xxxv. Apud te ē fons uitæ: & in lumīe Eſaias.
tuo uidebimus lumen. Et apud eſaiam. c. ii. Domus iacob uenite: & ambu/
lemus in lumine dei noſtri: necnon &. c. lxi. Redēpti a domino reuertentur
& uenient in ſyon cū laude & lætitia ſempiterna ſup capita eoꝝ. Hoc illud
eſt quod legiť abachuc. c. iii. Abſcideť de ouili pecus: & non erit armentū Abachuc.
in præſepibus hæc ille. Inſup rabi iuda filius Amon: ſup his uerbis quæ ſcri Ra. iuda.
bunť eccleſiaſtes. c. vii. Cōſidera opa dei ꝙ nemo poſſit corrigere: quem ille Eccleſia/
deſpexit inqt: qua hora deus adam creauit: cūctas ei arbores paradiſi oſten ſtes.
dens reſpice inqt ꝗ pulcherrima ſint oīa quæ tui cauſa feci: caueas cōtra uo
luntatē meā aliquid agas: quandoqdem nemo te redimere poterit niſi iuſtus
ille cui mortis cauſam præbueris: de quo zacharias. c. viiii. loquitur. Ecce zacharias
rex tuus ueniet iuſtus & ſaluator: hæc doctor iſte. Iuſtus āt hic atqꝫ ſaluator Rabi ſo.
(ut dicit rabi ſolomō) utqꝫ rei ueritas ē nullus alius ē niſi rex meſſiach.

Vidimus itaque non obſcure & per prophetas atque doctores hebræos exire
non potuiſſe animas illorum patrum ex lymbo quod apud iudæos ſub/
urbium inferni dicitur: niſi meſſiach diuino ſuo lumine extraxiſſet: qui
per eccleſiaſticum dixit. c. xxiiii. penetrabo inferiores partes terræ: & inſpi Eccleſia/
ciam omnes dormientes & illuminabo omnes ſperantes in domino. Iccirco ſticus
ab eſaia etiam dictū eſt capitulo. lx. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & Eſaias.

Paulus apoſto.

reges in ſplēdore ortus tui. Reges appellat antiquos illos patres q̄ alios ī dei cultu atq; religione regebāt. Non ignorauit hæc paulus icciſco ad epheſios c.ii. ſcripſit. Cū eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos deus in chriſto cuius gratia eſtis ſaluati & correſuſcitati: & cōſedere fecit ī cæleſtibus. Necnon &.c.ii. ad coloſſenſes. Et uos cū mortui eſſetis in delictis & præputio carnis ueſtræ conuiuificauit cum illo donans uobis oīa delicta. Delēs qꝫ aduerſus nos erat chirographū decreti: quod erat cōtrarium nobis: & ipſū tulit de medio: affigens illud cruci: expolians principatus & poteſtates traduxit cōfidenter palam triūphans illos in ſeipſo. Delens inq̄t ſcilicet chriſtus. Chirographum decreti: hoc eſt obligationē peccati originalis: affigens illud cruci: quoniam ꝑ paſſionem chriſti & ſanguinē illud ad æternam uitā conſequendā ſolutū eſt quod eſaias prædixit. c. liii. poſuit dominus iniquitatem omniū noſtrum: ideſt peccatum originale: & ſequitur paulus. Expoliās pricipatus & poteſtates demonū ſcilicet. Traduxit cōfidēter: ideſt ad cæleſtem beatitudinē fuſis demonibus: palam triūphans illos in ſeipſo: propter eius diuinam uirtutem ſcilicet illos antiquos patres de hoſtibus ſuis triumphare uoluit. Quare ſatis ſupq; ueritas patuit: quā iudæū ſolito auſu temerario īficiari non puduit: qꝫ chriſtus hoc eſt merito atq; uirtute ſanguinis ſui eduxerit tanq̄ dominus fortis & potēs atq; rex gloriæ antiquoꝶ patrum aīas ex illo tenebroſo ergaſtulo. Illi q̄dem ob peccatum primoꝶ parentū: nullo pacto inde niſi chriſtus meſſiach mortē ſubiiſſet ad fruendā cæleſtem patriam poterant ſe cōferre. Hoc itaq; modo hoc ordine ſaluator noſter patribus illis: ac oībus in ſe credētibus ædificauit ciuitatē dei: quā hieremias. c. xxxi. ſcribit domino ædificandā ad honorem uidelicet atq; gloriam chriſti: q dominus eſt & deus oium: cui uirtutes cœlorū ſubiiciunť oēs atq; obædiunt. Cōfirmat hoc paulus ad coloſſenſes. c. primo. Quia in ipſo cōplacuit oēm plenitudinē inhabitare: & ꝑ eum recōciliari oīa in ipſum pacificans ꝑ ſāguinem crucis eius: ſiue quæ in terris: ſiue quæ in cœlis. Et q̄q̄ ꝑ ſe quilibet ante mortem chriſti ab originali peccato accepta circūciſione purus ac nitidus efficereť: erat tamē diuina uiſione indignus: illa etenim ſolū inciſio præpucii aīas ab æterno ſupplicio tuebať. Hoc iudæi ipſimet refellere nequeūt: cum in oratione quā circūcidendo pueros utunť iſtudipſum dicant & fateātur. Sic enim ab eis diciť anteq̄ circūcidať infans. Baruch atta adonai heloenu melech haholam al amilla. Quæ uerba latinæ ſonant: benedictus tu dominus deus noſter rex mundi ſupra circūciſionē. Tūc circūciſo puero: hæc dicunť etiā ab eis. Benedictus dominus deus noſter q ſanctificauit dilectū ex utero: & præceptum in carne ſua poſuit: & poſteritatem ſuā ſignauit ſigno fœderis ſancti. Icciſco merito huiuſmodi deus uiuus pars noſtra: & fortitudo noſtra: mandauit erui dilectum ſemen ſanctum conſanguinitatē noſtram ab inferno ꝑpter fœdus ſuū: quod in carne nr̄a poſuit: benedictus dominus

Hieremias

Oro qum iudæus circūciditur.

iniens pactũ ſiue fœdus: hæc illi. Ex qbus clarum eſt ꝙ infans octo dies nactus non aliquo īfectus peccato erui ab inferno dicit̃: ergo aliqua fuiſſe cōſtat peccati macula uel obnoxiũ uel inqnatum: non aũt actuali: quoniã nullum actuale peccatum infanti octo dierũ aſcribi põt: patet ergo ueritas quã ſequimur quam prædicamus igitur originali: quæ uirtute circũciſionis penitus delebatur.

Huiuſmodi nãq; gratiæ baptiſma ſuffectum eſt: de quo eſaias. c. xii. prædixit dominus factus eſt mihi in ſalutem: haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoris: & dicetis in illa die cõfitemini domino & inuocate nomẽ eius. Itidẽ ezechiel. c. xxxvi. Effundã ſup uos aquam mundã: & mũdabimini ab omnibus inqnamentis ueſtris: & ab uniuerſis idolis ueſtris mũdabo uos: & dabo cor uobis nouũ & ſpiritum nouũ ponam in medio ueſtri. Itẽ iohel. c. iii. erit in die illa ſtillabunt montes dulcedinẽ hoc ẽ gratiã ſpiritus ſancti quã uirtute baptiſmatis ſacerdotes chriſti uolẽtibus conferũt. Montes enim in ſacris litteris ſacerdotes ſæpius ſonant: ut habet̃ eſaiæ. c. xxxxviiii. & ponam oẽs montes meos in uiã: hoc eſt prælatos uel pontifices in uiã ſalutis atq; beatitudinis æternæ: iccirco ſequit̃. Iubilate mõtes laudẽ quia cõſolatus ẽ dominus populũ ſuũ. Et colles fluent lacte ſequit̃ iohel ideſt principes ac populi chriſtiani aſſequent̃ tunc oẽm aïarum ſuarũ puritatẽ: quod ꝑ ſubſequentia uerba oſtendit̃. Et ꝑ omnes riuos iuda ibunt aquæ ꝑ omnes ſcilicet chriſti ſacerdotes ẽt inferiores baptiſma cõcedetur & dabit̃. & fons de domo domini egrediet̃ hoc eſt de eccleſia ad oẽs credẽtes in eã. De quo fonte ſcribit̃ ioannis. c. iiii. Aqua quã ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſaliẽtis in uitã æternam. & irrigabunt torrentẽ ſpinarũ quoniã infideles ꝗplurimi q ꝑ diuerſos errores ac uarios ꝑcurrebant ſupplices ipſum omiſſis ſupſtitionibus ſuſceperunt. Zacharias inſup. c. xiii. iſtud ipſum docuit. In die illa erit fons patenſ domui dauid & habitãtibus ieruſalẽ in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ: patens inqt quoniã omnibus ad baptiſma cõfugientibus fideliter: illud traditur eccleſia nãq; nulli ſalutis gremium claudit: & ſequit̃ in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ ideſt ꝙ cuiuſcũq; ſexus hoĩes baptiſmatis aqua ſe abluere atq; purificare debeãt. Hæc enim plena & uniuerſalis eſt gratia quã ſuo tempore circũciſio nõ habebat: ipſa nãq; ad uiros tantũ & nõ ad mulieres attinebat: queãdmodũ baptiſma in præſentia oꝑatur & facit tam erga uiros ꝗ mulieres. Item zacharias. c. xiiii. In die illa exibunt aquæ uiuæ de ieruſalem mediũ earũ ad mare orientale: & mediũ earũ ad mare nouiſſimũ. Aquæ enĩ baptiſma ſignificant. Viuæ ideo dicit quoniã cũ eẽmus mortui peccato originali ſcilicet & actuali uiuificauit nos deus in chriſto: hæc paulus ad epheſios. c. ii. Et ſequit̃ ꝓpheta: medium earũ hoc eſt uirtus baptiſmatis: & dicitur medium eo ꝙ uirtus in medio duoꝝ extremoꝝ ſemper cõſiſtit. Ad mare orientale & ad mare nouiſſimum: quia ab ortu ſolis uſq; ad occaſum baptiſ-

Baptiſma. Eſaias. Ezechiel. Iohel zacharias Paulus

ma opat' uim atq; naturã ſuã purificandi aïas ab omni labe atq; macula pec/catoꝝ. De hoc eni diuino munere atq; uirtute baptiſmatis ioſephus iudæus iſtoricus libro. xviii. ãtiqtatis iudaicæ. c. xiiii. inqt: Ioãnẽ q uocabat' bapti ſta herodes occidit uirũ ualde bonũ: q præciebat iudæis uirtuti opam dare: iuſticiã colere in deũ ſeruare pietatẽ Et p baptiſmũ in unũ coire. Tũ demum baptiſmũ acceptabile fore. Si nõ ſolum ad abluenda peccata ſumat': uerum etiam ad caſtimoniã corporis atq; ad animæ iuſticiã purificationẽq; ſeruet': omniũq; pariter uirtutũ uelut ſignaculũ & cuſtodia quædã fidelis habeatur.

Virtutem huiuſmodi ſacramenti uel myſterium populũ ſuũ deus ante chriſti

Numeri aduentũ noluit ignorare. Præcepit nãq; ipſe numeri. c. xviiii. dicens omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinũ: & aſpſus hac cõmixtione nõ fuerit polluet tabernaculũ domini & pibit ex iſrael: quia aqua expiationis non eſt aſpſus imundus erit: & manebit ſpurcitia eius ſup eum. Morticinum eni hu manæ animæ dixit nõ corporis ad oſtendẽdum originale peccatum propter quod anima mortua dicit' cum diuinæ maieſtatis uiſione priuetur. Et q hac cõmixtione ſcilicet aqua uel oleo ſancto uel uerbis ab eccleſia iſtitutis quod

Paulus eſt baptiſma nõ fuerit aſperſus polluet tabernaculum domini hoc eſt ſeipſũ Inqt enim paulus. i. ad corinthios. iii. Neſcitis qa templũ dei eſtis. & paulo infra templũ enim dei ſanctũ eſt: quod eſtis uos. Et peribit ex iſrael: quoniã nõ erit receptus a deo. Et quia aqua expiationis: ideſt baptiſmate quod ab originali peccato expiabilem aïam reddit aſperſus non fuerit imundus erit: & manebit ſpurcitia eius ſup eũ: hoc eſt labes originalis peccati. Icc irco pau

Paulus lus ad epheſios. c. v. ait chriſtus dilexit eccleſiam: & ſeipſum tradidit p ea: ut eam ſanctificaret mũdans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam nõ habẽtẽ maculã aut rugã: ſed ut ſit ſancta & i maculata. Quæ pfecto eccleſia tẽplũ illud ẽ de quo zacharias ſcripſit. c. vi.

zacharias. Ecce uir oriẽs nomẽ eius: & ſubter eũ orient' & ædificabit tẽplũ domino.

Fruſtra igit' circa inciſionẽ præputii laborat iudæus ſi baptiſma nõ accæperit in uerbo uitæ hoc eſt in uerbo pris & filii & ſpiritus ſancti: quẽadmodũ ſcri

Paulus bit paulus ad galathas. c. v. nam in chriſto ieſu neq; circũciſio aliquid ualet neq; præputiũ: ſed fides quæ p charitatẽ opatur. Et idem ad philippẽſes. c. iii. Nos enim ſumus circũciſio qui ſpiritu ſeruimus deo & gloriamur in chri

Deutero/nomii. ſto ieſu nõ in carne fiduciã habentes. Ideo deuteronomii. c. x. legit'. Circũ/cidite igitur præputium cordis ueſtri: & ceruicem ueſtram ne induretis am/plius: quia dominus deus ueſter ipſe eſt deus: deus deoꝝ & dominus domi/

Hieremias nãtium: deus magnus potens & terribilis. Et apud hieremiam. c. iiii. Hæc enim dicit dominus uiro iuda & habitatori ieruſalem: nouate uobis nouale & nolite ſerere ſuper ſpinas. Circũcidimini domino & auferte præputia cor dium ueſtrorũ uiri iuda & habitatores ieruſalem: ne forte egrediat' ut ignis indignatio mea & ſuccedatur & non ſit qui extinguat ppter maliciam cogi/

tationum ueſtrarum. Hæc non recte pſcrutatur iudæus: quorum ſenſum ſi p
ciperet præparatum ꝓculdubio & expeditum ſe haberet ad ſuſcipiendū ba
ptiſmatis ſacramētum. quod quia negligit atq; ſpernit ab eo non ſecedit ira
domini: neq; poterit unq̄ eam attingere ciuitatem nouam ieruſalem: quam
chriſtus uerus meſſiach ſanctis illis patribus aſperſione ſanguinis ſui de ho/
ſtibus triumphando glorioſiſſime ædificauit.

Sed euectus ſum fortaſſe ueritatem oſtendēdi ſtudio longius q̄ uolueram cū
eēt mihi intentio cum iudæis ulterius nō certare: quoniam fruſtra cantilena
omnis effunditur quando canitur ſurdis: tum quia liquido demōſtrauimus
chriſtum noſtrum fuiſſe uerum meſſiach. Et quædam inſuper ad hæc acceſ/
ſerunt diſceptanda: quibus accumulate diſcuſſis: quilibet nouit quæ ſupſti
tiones iudæi æſtimant: non tantum ſupſtitiones non eē: uerūetiam magnum
eſſe fidei ſacramentum: & animarum ſaluti omnino fore neceſſarium. Et q̄q̄
hæc uiſa & intellecta ſunt idoneis teſtibus ac ſūma ratione: inquieti adhuc ꝓ
ficiſcunt̃ iudæi: & in me furiunt aliud nobis indicentes bellum: ſed quēad/
modum & de aliis grauioribus uictores extitimus: de iſto etiam fuſis aduer
ſariis uictoriam nos adepturos eſſe non ueremur quæcūq; enim cōtra me ar
ma coniiciant non exhoreo: uicit ſemper ueritas fraudes omnis atq; aſtutias
& q̄uis inexcogitata quandoq; certet in ſe tamen uirtutis tantum habet: ut
ea utentibus referat ſemper cum fœlicitate uictoriam. Arma enī militiæ no
ſtræ non carnalia ſunt ut inquit paulus. ii. ad corinthios. c. x. ſed potentia
dei ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes: & omnem altitudi/
nem extollētem ſe aduerſus ſcientiam dei. Volunt nāq; inconſideratis litte/
rarū ſenſibus chriſtum adhuc ꝓbare non fuiſſe dei nūciū ſiue a deo meſſiach
irretire ſe tantum ſinunt litterarum ſōno & non diſciplina quod pniciosum
eſt atq; deteſtabile apud uirum de ſacris litteris benemeritum.

Inquiunt ſane legimus apud eſaiam atq; micheam propheta pmulta fore meſ Ar. iudæ.
ſiach tempore: quæ adhuc cum effectum ſuum ſortita non fuerint: igitur il/
le non fuit uerus meſſiach. Dicit enim eſaias. c. ii. erit in nouiſſimis diebus Eſaias.
præparatus mons domini in uertice montium & eleuabitur ſuper colles. Et
fluent ad eum omnes gentes & ibunt populi multi & dicent: uenite aſcenda
mus ad montem domini: & ad domum dei iacob & docebit nos uias ſuas &
ambulabimus in ſemitis eius: quia de ſyon exibit lex & uerbū domini de ie/
ruſalem & iudicabit gentes & arguet populos multos. Et conflabūt gladios
in uomeres & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladi
um nec exercebuntur ultra ad prælium. Et micheas. c. iiii. hiſdem utitur uer Micheas.
bis pariter atq; ſententia: ex qbus ait iudæus quattuor colligi poſſunt chri/
ſtum non fuiſſe uerum meſſiach. Primum quoniam ipſe non fuit in ultimis Prima ar.
diebus ab eius enim natiuitate ad hunc uſq; diem fluxerunt anni mille & qn
genti: & adhuc ſuperſunt & alii & fortaſſe multo plures: igitur ille non fuit

Secunda argu

uerus meſſiach. Secũdum: mons de quo hic loquũt prophetæ ĩtelligit mõs ſyon: qui ſuperponi debet montem ſynai thabor atq; carmelli quod quia tẽpore illius nazareni factum non eſt nõ fuit ergo ille uerus meſſiach. Tertiũ: ad ipſum meſſiach omnes gentes ſiue populi accedere debent uenerantes eũ & obſeruãtes ueluti dei nuncium atq; legatum. Sed plane cõſtat per paucos extitiſſe: qui ad eum confugerint: igitur clarum eſt illum non fuiſſe uerũ meſſiach. Quartum: aduentum meſſiach omnia bella ĩſidiæ atq; occiſiones deficient penitus atq; extinguetur: ſed poſtq̃ uenit nazarenus ille bella undiq; fremunt: gentes omnes armis ſe inuicem oppugnant nullum ſecurum regnũ nulla quies: pax omnis ſeceſſit penitus impietas tantum uiget: & hoc tempore magis etiam atq; magis uis omnis atq; uiolentia inualeſcit: omnia ĩ armis conſiſtunt: ubiq; ſpoliationes ubiq; ſtrages iam nihil efficit niſi importunitate tumultu perturbatione atq; interitu: omnia ferro ſæuiunt: omnia confũduntur contra fas & contra iura naturæ: bonorũ tantum præſſura præualet & arma ſolum dominãtur ubiq;: bellis nãq; ciuitates & oppida ſolo æquantur & humi proſtratæ iacent: gladio indies q̃plurimi proculdubio pereunt: his & aliis pluribus malis dignoſcitur non obſcure nazarenum illum non fuiſſe uerum meſſiach.

Tertia ar.

Quarta argu.

Magna nimirum ꝓuincia eſt & onus q̃maximum quãdo cum pertinacibus & imperitis agitur: iſti autem ueritatem rei non capiunt: illi uero habitam uili pendunt in quo genere iudæi omnes ſunt quorum partim ſuam omnem religionem ad ſuos conferunt exiſtimantes ſatis ſuperq; eẽ ad beatitudinem cõſequẽdam ſuorum maiorum ueſtigia ſequi: partim uero tantæ inituntur arrogantiæ atq; ſupbiæ: ut quæ didicerint (tã et ſi uana omnia & falſa cognoſcant) ſũmo tamen ſtudio inſolentes ipſi & peruicaces nulla pſpecta ratione tueri conant. hac ſupſtitioſa opinione ab omni ſecedunt ueritate & obſcura circũfuſi caligine in errorem & in mortem inexpiabilem ꝓlabunt. O miſerum & calamitoſum genus hominum ſequntur enim priſcorum ſuorum ritus non aduertentes cæcos in itinere alios regere non poſſe: deceperunt ſeſe maiores illi ui ꝓpria atq; natura alios igitur ut fallant atq; pdant neceſſe eſt. Iccirco ſcribitur hieremiæ. c. l. grex pditus factus ẽ populus meus: paſtores eorũ ſeduxerũt eos. Et trenorũ. c. i. uocaui amicos meos: & ipſi decæperuut me. Et eorũdẽ. c. iii. uenatione cæperũt me inimici mei gratis. Et abdias. c. i. Omnes uiri fœderis tui illuſerunt tibi: inualuerunt aduerſum te uiri pacis tuæ: qui comedũt tecum ponẽt inſidias ſubter te.

Hieremias Trenorũ. Abdias.

Non ignorãt iudæi (ut ad eos ipſos reſpõdeamus qui aduerſũ nos tã malicioſe tam acriter intẽtis animis irruerũt) dies nouiſſimos dies meſſiach nuncupari. Huiuſcemodi pcipitur ueritas geneſeos. c. xxxxviiii. Cõgregamini ut annũciem quæ uentura ſunt uobis in diebus nouiſſimis: & infra nõ auferet ſeptrum de domo iuda: & dux de fæmore eius donec ueniat qui mittẽdus ẽ.

Re. ad pri. ar. Geneſeos

Negare nequeũt iudæi hæc uerba q̃n de rege meſſiach dicta ſint: quoniam ĩ Trãſ.cal.
ficiarent̃ trãſlationem caldaicam cuius fundamẽto atque doctrina cũcta ſy
nagoga regitur atq; fouet̃: ubi enim nos dicimus q mittendus eſt: ipſa docet
& ueniet meſſiach. Cũ igitur dictum fuerit ſupius in diebus nouiſſimis quis
tam rudis eſt qui dies illos nõ intelligat dies meſſiach? Præterea ſup his uer/
bis iacob rabi moſes gerũdenſis ait nouiſſimi dies iſti ſunt dies meſſiach: cu Ra.mo.
ius tempora in uerbis ſuis oſtendebat iacob quum dixit adh chi iauo ſilo: no/ gerun.
uiſſimi nãq; dies ſũt dies meſſiach: hæc rabi ille. Hæc enim uerba adh chi ia
uo ſilo latinæ ſonãt: donec ueniat q mittẽdus eſt: ſilo enim trãſlatiõe caldai/
daica ĩterpræatur meſſiach. Igitur dies nouiſſimi nõ ĩtelligũtur ultimi dies
mũdi: ſed dies meſſiach ut dictum eſt. His itaq; habitis iudæorum obiectio ĩ
epta & ĩnanis & minus uera ſatis apparet.

Ad ſecũdum aũt quod ab ipſis iudæis nobis obiicitur: uiderint omnes igno/ Re;ad ſe/ cun.ar.
rãtiam eo℞ atq; ſtulticiam; qppe qui p expoſitionẽ doctoris ſui rabi ſolomo Ra.ſolo.
nis ſup iſtis uerbis & erit præparatus mõs domus domini in uertice mõtium
cognoſcunt manifeſte non ſecũdum localem mutationem illud fieri: ſed per
ſigna atq; miracula a meſſiach ibi facienda: qbus mons ipſe cæteris monti/
bus antecellere uiſus eſt. Nam in mõte ſyon prædicauit chriſtus deus & ho/
mo: cæcis lumen reddidit claudos curauit. & alia q̃plurima ibi ſigna fecit q
bus mons ipſe longe dignior atque præſtantior illis extitit. Sed hoc cæteris
oĩbus præſtat ꝙ ibi populũ docuerit deus mortalitate indutus diuinum unũ
effectum ſuppoſitum chriſtus deus & homo. de quo ſcribitur apud eſaiã. c.
xxviii. Ecce ego mittam in fundamẽtis ſyon lapidem: lapidem pbatum an/ Eſaias.
gularem præcioſum in fundamẽto fundatum. Lapis enim iſte intelligit̃ chri
ſtus meſſiach etiam apud iudæos: nam trãſlatio caldaica ſic ait. Ecce ego ſta Trã.cal.
tuẽs in ſyon regem meſſiach regem potẽtem. hoc etiam illud eſt quod apud
eũdem legit̃. c. xxxxi. Primus ad ſyon dicet: ecce adſum: & ieruſalẽ euange
liſtam dabo: hæc enim dicunt̃ de meſſiach: ut etiam rabi ſolomõ ſentit & af
firmat. Primus ibi dicit̃ quia deus ipſe primus eſt ut eodem. c. ipſe de ſe di/ Ra.ſolo.
cit ego ſum primus & nouiſſimus ego ſum. Et. c. lxii. Dicite filiæ ſyon ecce
ſaluator tuus ueniet: ecce merces eius cum eo. Et apud abdiam. c. unico: & Abdias.
in mõte ſyon erit ſaluatio & erit ſanctus. Omnia hæc dicta ſũt quia ibi chri
ſtus uerus meſſiach: uerus homo: uerus deus ab hoibus uiſus eſt: ibi cum ho
minibus cõuerſatus tãgi poterat & amplecti. Fuit tẽpus quo eius uocem au/ Exodi.
dire populus nequerat ut exodi. c. ii. legimus. Loquere tu nobis: nõ loquat̃
nobis dominus ne forte moriamur. At tũc chriſtus deus & hõ audiebat̃ ui/
debat̃ atq; tãgebat̃. Hæc illa fuit montis eleuatio ſup illis mõtibus: de q̃ lo
quit̃ ꝓpheta. Et erit ĩ diebꝰ nouiſſimis præparatus mons domus domini in
uertice mõtiũ & ſublimis & ſup colles. Ipſe eteñi in iudæa carne humana ſe ĩ
duit ipſe ſe iudæis obtulit donauit atq; dedit. Fuit hoc ſingulare munus fuit

Pſalmus donum præcipuũ quod non fecit taliter omni nationi: ut dicitur pſalmo. c/
xxxxvii. Vtq; uideri ipſe atq; eius doctrina pcipi poſſet in montem ſyõ aſcẽ
Pſalmus dit: ut cõpleret quod dictũ eſt pſalmo. lxxxiii. uidebit deus deorum in ſyõ
Ibiq; pietate atq; iuſticia (quod ſũmæ benignitatis ẽ) hoĩes iſtruebat ſuccur/
rebat indigẽtiis oĩum: & piturís opẽ & flagitãtibus ſalutẽ unico uerbo ac ſo
la iuſſione ferebat. Hæc inq̃ ẽ illa ſublimitas: hæc illa excellẽtia mõtis ſyon:
de qua (ut diximus) loqtur eſaias atq; micheas: mons domus domini eleua/
bit & ſublimis erit. Iõ ipſe eſaias. c. xii. præcipit dicẽs. Cantate domĩo quo
Eſaias. niã magnifice fecit: annũciate hoc ĩ uniuerſa terra: exulta & lauda habitatio
ſyon: qa magnus ĩ medio tui ſãctus iſrael. Hæc nõ ignorãt iudæi legũt quot
tidie audiũt atq; cognoſcũt: & plecta negligũt & audita obaudiũt & cogni
ta uilipẽdũt: de qbus eidẽ, ppheta ſũmus oĩum cõditor deus ac redẽptor nr̃
c. vi: ait. Vade & dices populo huic. audite audiẽtes & nolite ĩtelligere & ui
dẽtes uiſionem nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius: & aures eius ag
graua & oculos eius claude ne forte uideat oculis ſuis & auribꝰ ſuis audiat:
& corde ſuo intelligat & cõuertat. Quapp his diligẽter examinatis ſoluta ẽ
penitus atq; cõfracta iudæoꝝ ianis obiectio q elatis ſignis tã ĩprudẽter me/
cũ bellũ gerere auſi ſunt & cõtra ueritatẽ pariter atq; magiſtros ſuos.
Re. ad ter. ar. Quod aũt tertio dicant ad meſſiach oẽs cõfluere qũ uenerit. Si lrarum ſenſũ
ſcrutati accuratius fuiſſent: cognoſcerẽt utiq; oẽs acceſſiſſe ad chriſtũ: quã/
doqdem p doctrinã illius & apoſtoloꝝ prædicationẽ queadmodũ ſcribitur
Pſalmus pſalmo. xviii. In oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ & in fines orbis terræ uerba eo
rũ. Qui prædicarũt ſolũ ac unicũ deũ eẽ ut oẽs gentes oẽs natões ac linguæ
credant atq; fateant unũ deũ ſingularẽ opificẽ: atq; ſũmũ oĩum dominato/
rẽ. Antea eni q̃ chriſtus hoĩbus ſe daret: diuerſa hoĩum genera diuerſos deos
ac deas uenerabant & adorabãt: quorũ cultus chriſti aduẽtu euerſi ſũt atq;
funditus pierũt: Et q̃q̃ chriſtũ ut deũ nõ adorẽt. ipſũ tamẽ credit ubiq; ĩ to
to terrarũ orbe optimũ fuiſſe uirũ & amicũ dei & a deo miſſum. Fatent hoc
perſæ/ medi/ indi/ britani/ hiſpani/ celtæ/ mauritani/ ſarmatæ uel ſauroma
te/ hipborei ſcytæ æthiopes naſamones/ libyci populi garamantes. Soli iu/
dæi qui ſoli chriſtum colere atq; uenerari deberent: negligunt aſpernãtur at
que blaſſemant. Eſt etiam quoddam hominum genus in æthiopia ſub egy/
pto: quæ arabice dr̃ abas unde ipſi abaſſini uocãt: & ritus hebraicos obſer/
uãtes circũcidunt quos fruſtra fieri aiũt niſi baptiſmate abluant ĩ noĩe pr̃is
& filii & ſpũs ſancti. Aſſerũtq; eos ueros eẽ iudæos q fidẽ utrãq; ſeruant. Li
quido itaq; patet ueniſſe oẽs gẽtes ad chriſtum: quãdo p eum deus unus co/
gnoſcitur colitur & adoratur. Præterea quod ab eſaia dicitur & fluẽt ad eũ
omnes gentes: non intellexit propheta ꝙ ad eum nemine excepto omnes cõ
fluerent: quod ipſemet declarat: qum ſequitur dicens & ibunt populi multi
non omnes populi dixit ſed multi: & intelligitur ibi &: pro ideſt quod enim

anteceſſit ſubſequens declarat. Iſtud ipſum oſtēdit clarius propheta paulo i
ferius qum dicit: & iudicabit gentes & arguet populos multos: non enī dixit
gentes oēs & populos omnes. Legitur nanq;. ii. R. xvii. dixitq; abſalon: oēs
uiri iſrael melius eſt cōſilium chuſi arachitæ: q̄ conſilium achitophel. ſed cla
rum eſt q; ibi non intererant omnes uiri atq; principes iſrael: & tamen dicit
omnes uiri iſrael: icc irco hic ſermo tantū intelligi debet ex oībus multi ut tex
tus ueritas ſuſtentetur. Itē propheta micheas quem iudæus pro fundamēto Micheas
ſuo contra nos adduxit. c. iiii. quid dixerit: ſi probe aduerſarius noſter aīad
uertiſſet ſubticuiſſet fortaſſe: quod tam inconſiderate tāq; imprudenter lo
cutus eſt. Ait ille: & fluent ad eum populi: & properabunt gentes multæ: nō Eſaias
dixit omnes populi & omnes gentes. Item eſaias. c. xi. inquit: ī die illa radix
ieſſe qui ſtat in ſignum populorum ipſum gentes deprecabuntur: non dixit Geneſeos
omnes gentes. Item geneſeos. c. xxxxviiii. Et ipſe erit expectatio gentium: Eſaias
non dixit omnium gentium. Item eſaias. c. xxxxii. dedi ſpiritum meum ſuper
eum: iudiciū gentibus proferet: non dixit omnibus gētibus. Itē. c. xxxxviiii.
dedi te in lucem gentium ut ſis ſalus mea uſq; ad extremum terræ. non dixit
omnium gentium. Item. c. lx. & ambulabunt gentes in lumine tuo & reges i
ſplendore ortus tui: non dixit omnes gentes & omnes reges hæ quidem au
ctoritates omnes tam apud chriſtianos q̄ apud iudæos intelliguntur de meſ
ſiach. Hac igitur diligenti ſtudio ueritate perſpecta uiſus eſt prorſus deliraſ
ſe iudæus: & ſuo ſe gladio turpiter occidiſſe. Re. ad

Ad id autem quod iudæus imperitus ac malus quarto loco in nos tam accerbe quar. ar.
atq; miſerrime intulit ad oſtendendum chriſtum non fuiſſe uerum meſſiach:
eo quod poſt eius mortem ubiq; inualuerint permulta infortunia calamita
tes miſeriæ contentiones bella ſeditione atque interitus. Hoc nimirum com
menticium eſt: & ſacris litteris repugnans ſed. ille ut ſolet facit: qui ſæpius
prophetarum ſcriptis ſubtrahit: ſæpius addit. Et quoniam poſt chriſti mor
tem hæc hominibus acciderunt & duriora quædam atque ſeueriora: Icc irco
chriſtus hæc q futura prædixit. Et propter quē etiā (ut uidebimus) dicta ſūt Leuitici
recte appellandus eſt uerus meſſiach. Legimus enī leuitici. c. xxvi. Corripiā
uos ſeptē plagis pp peccata uřa: ita ut comedatis carnes filiorū ueſtrorū & fi
liarū ueſtrarū. Et paulo infra abominabit uos aīa mea in tantū ut urbes uřas
redigam in ſolitudinē: & deſerta faciam ſanctuaria ueſtra nec recipiam ultra
odorem ſuauiſſimū. Diſpgamq; terrā ueſtram: & ſtupebūt ſup ea inimici uři
cum habitatores illius fuerint. Vos autē diſpergam in gentes. & euaginabo
poſt uos gladium; eritq; terra ueſtra deſerta & ciuitates ueſtræ dirutæ. Et in
fra: & qui de uobis remanſerint dabo pauorem in cordibus eorum in regio
nibus hoſtium. Terrebit eos ſonitus folii uolantis: & ita fugient quaſi gladi
um: Cadent nullo ſequente: & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi
bella fugientes. Nemo ueſtrum inimicis audebit reſiſtere: peribitis inter

Deutero nomii gentes. & hoſtilis uos terra cõſumet. Et itidẽ. c. xxviii. deuteronomii. Obſi deberis intra portas tuas i omni terra tua: quã dabit tibi dominus deus tuus Et comedes fructũ uteri tui: Et carnes filiorũ tuorũ & filiarum tuarum quas dederit tibi dominus deus tuis in anguſtia & uaſtitate: qua opprimet te hoſtis tuus. Quod ſi iudæus tpe captiuitatis babylonicæ iudaico populo hæc accidiſſe uoluerit eius error atq; fallacia facile cõprahẽdi põt quandoquidẽ per id temporis nuſq̃ habeat matres comediſſe liberos ſuos. De ipſa naq; babylonica ſeruitute legit. iiii. Re. c. xv. præualuitq; fames i ciuitate: nec erat panis populo terræ. Et hieremiaſ de eadẽ captiuitate. c. lii. ait. menſe autem quarto nona die menſis obtinuit fames ciuitatem: & non erat alimẽta populo terræ. Clarũ eſt q; ibi non dicit matres filios comediſſe. Igit ea oĩa dirrigi ad tempus quo iudæi a tito atq; ueſpaſiano fuere oppreſſi: ſatiſabunde conſtat. Et in primis q; genitrices proprios liberos comederint: ioſephus iudæuſ hiſtoriographus uir ſane nõ minus auctoritate apud iudæos q̃ ingenio polẽs in ſuo de bello iudaico libro. vii. c. xiii. teſtatur atq; confirmat. Eſto igitur mihi cibus (dicebat mater ad filiũ) & ſeditioſis furia: & humanæ uitæ fabula quæ ſola deeſt calamitatibus iudæorũ: & hoc dicens occidit filium: coctũ q; medium comedit. Ex quibus facile excepimus: maiori nunq̃ ſollicitudine angore atq; mœſticia: nunq̃ acerbioribus anguſtiis & ægritudine iudæos fuiſſe obſtrictos q̃ tempore belli huiuſmodi de quo loquit doctus ille. Iccirco cum appropinquaret ieſus ieruſalẽ ut inqt lucas. c. xviiii. uidens ciuitatẽ fleuit ſup illã dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu. & quidẽ in hac die tua: quæ ad pacẽ tibi: nunc aũt abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia uenient dies in te: & circundabunt te inimici tui uallo. & circundabunt te & coanguſtabunt te undiq;: & ad terram proſternent te: & filios tuos qui in te ſunt. & non relinquẽt in te lapidem ſup lapidẽ: eo q; nõ cognoueris tempus uiſitatõnis tuæ. Nec nõ cum Ad crucis tormentum traheretur reſpiciens mulieres lachrymis eum ſectantes: & infæliciſſimam ciuitatem præuidens atq; futurum hominum interitum: inquit: beatæ ſteriles & uentres que non genuerunt: & ubera quæ non lactauerunt: tunc incipient dicere mõtibus cadite ſuper nos & collibus operite nos: Multaq; præterea fore ſuis prædixit fidelibus: quæ cum uera fuerit uerus propheta & a deo uere miſſus dici & affirmari debet. Neq; tot tantiſq; concatenati malis: tantis compediti infortuniorum atq; anguſtiarum uinculis extitiſſent iudæi mortuo chriſto: cum nullum facinus tale poſt eius paſſionem nullum ue huiuſmodi ſcelus admiſerint: quo lege diuina cautum ſit: ut tot cruciatus ſubirent: niſi fuiſſet ille uerus meſſiach. Nõ difficile huiuſce modi oſtenditur ueritas eodem. c. deuteronomii. xxviii. Scribitur eñi ibi niſi timueris nomẽ eiuſ glorioſũ & terribile hoc ẽ dominũ deũ tuũ augebit dominus plagas tuas: & plagas ſeminis tui: plagas magnas: & perſeuerantes: ĩfirmitates peſſimas: & ꝑpetuas. Hoc eñi nomẽ glorioſũ atq; terribile: nullũ

iiii. Re. xv. — Hieremiaſ — Ioſephus — Deutero nomii

aliud nomen eſt: niſi nomen dei proprium iotheuauhe: quod ſolum deo con gruit: & nulli alii p ſe conuenire põt: de quo in capite ſecũdo accumulate di ximus: quo nomine (ut ibi oſtẽdimus) appellat meſſiach. iccirco poſt nomẽ glorioſũ & terribile ſequitur textus hoc eſt dominũ deum tuum. ut ĩtelligãt omnes meſſiach. deum eſſe omnino. Et augebit ĩquit plagas tuas. Nunq̃ eni ante chriſti mortem longiori ſeruitute atq; maiori ægritudine afflicti extite runt q̃ quæ hoc tẽpore ſuſtinent ab eis atq; perferunt: hincinde expulſi totũ diuagant per orbem: plagas magnas & pſeuerantes patiunt iam ſunt mille & qngenti ferme anni: & nihil quo ſe recipe ſalui poſſint ĩtelligunt. Ideo ſe quitur infirmitates peſſimas & perpetuas. Peſſimas inquit & ppetuas: qbus nulla peior & abſq; ullo termino uel fine. Quæ quidẽ calamitates ĩtelligi nõ poſſunt de captiuitate egyptiaca uel babylonica: quæ perpetuæ non fuerũt Altera enim poſt quadringentos annos uel circiter altera uero poſt ſeptuagi ta terminum habuit atq; finiuit. Igitur nequeunt accipi plage illæ uel ægritu dines: niſi quas hoc tempore perferunt: quæ a die qua cæperunt ad hoc uſq; tempus: iam ſunt mille & quingenti prope anni graues atq; intollerabiles p ſeuerant: & earum ullus adhuc finis coniectura aliqua non apparet. Et ſcri bitur ulterius: & cõuertet in te oẽs afflictiones egypti quas timuiſti: & adhæ rebunt tibi: inſup & uniuerſos langores & plagas: quæ nõ ſunt ſcriptæ ĩ uo lumine legis huiuſ inducet dominus ſup te donec te conterat. O miſerrimum atq; infælicisſimũ iudæorũ genus inducet deus uniuerſos langores & plagas ſuper te quia nõ timuiſti meſſiach glorioſum nomen atq; terribile. Et uniuer ſos inqt hoc eſt nullũ deerit: qui te non conficiat non cruciet non deniq; per dat. hoc ipſum ſequens lectio manifeſtat: quando dicitur quæ non ſunt ſcri ptæ in uolumine legis huius. Audi langores & plagas: quæ in uolumine hu ius ſcriptæ ſunt: ultra quas & aliis q̃plurimis deus te conterere dixit: ſcribit enim paulo ante. Maledictus eris ĩ ciuitate. Maledictus in agro. Maledictũ horreum tuum. Maledictæ reliquiæ tuæ. maledictus fructus uẽtris tui: & fru ctus terræ tuæ boum tuorum: greges ouium tuarum. maledictus eris ingre diens. maledictus egrediens. mittet dominus ſuper te famẽ: & eſuriem: & in crepationem in omni opera tua quæ tu facis donec conterat te: & perdat ue lociter propter adinuentiones tuas peſſimas in quibus reliquiſti me. Adiun gat tibi dominus peſtilentiam: donec conſumat te de terra ad quam ingre dieris poſſidendam. Percutiat te dominus egeſtate: febri & frigore: ardore & eſtu: aere corrupto ac rubigine: & perſequatur donec pereas. Sit cœlum qd ſupra te ẽ æneũ: & terra quã calcas ferrea. Det domius hymbrẽ terræ tuæ puluerẽ: & de cœlo deſcẽdat ſuper te cinis: donec cõteraris. Tradat te domi nus corruẽtẽ ante hoſtes tuos: & p unã uiã egrediariſ cõtra eos: & p ſeptẽ fugi as: & diſpgaris p oĩa regna terræ. Sit cadauer tuũ in eſcam cũctis uolatilibus cæli: & beſtiis terræ: & nõ ſit qui abigat. Percutiat te domius ulcerẽ egypti: &

partẽ corporis per quam ſtercora digerũtur ſcabie quoq; & prurigine: ita ut curari nequeas percutiat te dominus amentia & cæcitate: ac furore mentis: & palpes in meridie: ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris: & nõ dirigas uias tuas. Omni tpe calũniã ſuſtineas: & opprimaris uiolẽtia: nec habeas q liberet te. Multaq; præterea maledicta quæ ſequnt̃ miſſa facio ut ad calcẽ ꝓpoſiti noſtri q̃primũ ueniamus. ſolũ ãt id quod ĩfra ſeqt̃ attingã. ubi dr̃. Et uenient ſup te oẽs maledictiones iſte: & pſequẽtes appræhendẽt te donec ĩtereas Et ĩfra. Seruias inimico tuo: quẽ imittet tibi dominus in fame & ſiti & nuditate & oi penuria. Et ponet iugum ferreũ ſup ceruicẽ tuã donec te conterat. Hæ qdem maledictiones iudæi ſi eos ſupuenerit ſentiẽtes ipſi non ignorant Et tamẽ deus maledictõibus illis addit dicẽs: & uniuerſos langores & plagas quæ nõ ſunt ſcriptæ ĩ uolumĩe legis huius ĩducet dominus ſup te donec te cõterat. Nũc uide o iudæe: nũc cõtẽplare: atq; cogita qbus uerſeris angoribus qbus afficiaris anguſtiis: quæ quottidie ſuſtines: quæ quottidie patiaris: nulla unq̃ tibi quies: uigilans paues: dormiens gemis: horror atq; triſticia te comes ſemp conficit: te ſemp cruciat. Nulla enĩ tibi ſpes ineſt: timor cõtinuus cor tuũ pcutit: continuus pauor lacerat. Iccirco in fine capituli huius ſcribitur: in gentibus quoq; illis nõ quieſces: nec erit reqes ueſtigio pedis tui: Dabit tibi dominus cor pauidũ & deficiẽtes oculos: & animã conſumptã mærore. Et ſequitur paulo infra. Timebis nocte & die: & nõ credes uitæ tuæ. Mane dices quis mihi det ueſperũ: & ueſpere quis mihi det mane pp cordis tui formidinem: qua terreberis: & ꝓpter ea quæ tu uidebis oculis. Aduerte inſuper o iudæe ad id quod ante dicit̃ quod ſeqtur propoſitũ noſtrũ. Et remanebitis pauci numero: q prius eratis ſicut aſtra cœli præ multitudine. pauci enĩ ſunt iudæi & antea nũq̃ pauciores fuerũt. Id cur acciderit quod ſeqt̃ oſtendit: qa nõ audiiſtis uocẽ domini dei ueſtri: hoc eſt meſſiach: de quo eiuſdẽ libri. c. xviii: ait deus q aũt uerba eius quæ loquet̃ ĩ noĩe meo audire noluerit ego ultor exiſtam. ultor enĩ extitit deus iuſtus atq; ſeuerus hanc qdẽ ueritatẽ nullus eſt q nõ ĩtelligat nõ uideat nõ affirmet. iudæus uero ſolus ipſe ſentit.

Argu. iu. Cæterũ uolens adhuc ipſe ſuæ inſiſtere prauitati ſacras omnĩs uolutauit litteras & aduerſum me irruit ĩconſulto ĩpetu: cui neq; robur uirtutis noſtræ quã ex diuinis ſcripturis ſumpſimus: neq; imperitiæ ſuæ propria infirmitas in mẽtem uenit: & circummunitus neſcio quibus armis prodiit: quorum protectio quantum ualuerit alterum noſtrum qui offenſus fuerit non latebit. Inquit ipſe: tpe heliſei q multis annis anteq̃ chriſtus fuerit benadap rex ſyriæ ſamariã obſidione oppreſſit: & adeo: ꝙ dira ubiq; ĩualeſcente fame mulier propriũ occiderit filiũ: coctumq; una cum muliere altera pariterq; comederit: ueritas hæc cuiq; patet p ea quæ legũtur. iiii. Re. vi. ad quã calamitatẽ &
iiii. re. vi. infortunium ea redigũtur omnia quæ leuitici. c. xxvi. & deuteronomii. c. xxxiii. quæ ut aſſeris tuæ opinioni fauent.

Delirum ingenium tuum o iudææ atq; naturam profanam nõ parũ mirari poſ/ ſum: qui exquo fonte ingnorãtiæ tantã educis perditionẽ imaginari nequeo niſi ex eo unde ſupiores ille maledictiones emanarũt. recte igit ibi de te ſcri/ bitur. pcutiat te dominus amentia & cæcitate ac furore mentis: & palpes in meridie: ſicut palpare ſolet cæcus ĩ tenebris & nõ dirrigas uias tuas. Vere cæ cus es & amẽtia ac furore correptus: q ubi ſis neſcias: quo uadas ignores. In quis enĩ quæ legimus leuitici. c. xxvi. & deuteronomii. c. xxviii. dicta fuiſſe oĩa per id tpis quãdo a rege ſyriæ ciuitate ſamariæ obſeſſa mulier obſtricta fame cũ muliere altera ſuũ comederit filiũ. At tu ſi diligẽtius lectitaſſes utrã q; ſeriẽ lrarũ: cognoſceres tu ipſe ciuitatẽ ſamariæ ſine urbiſ iactura ab aduer ſariis euaſiſſe tandẽ: qui timore cõterriti expugnãdæ ciuitatis ꝑuiciã relique runt: ibi relictis eqs atq; tentoriis: argentoq; multo & auro: cæteriſq; ad hu manũ uſũ opportunis: qbus tunc uiri oẽs ſamariæ ac mulieres pariter refecti ſunt. hæc ꝑfecto hẽnt eodẽ libro. c. vii. At Leuitici. c. xxvi. inqt deus: abho minabitur uos anima mea ĩ tantũ ut urbes urãs redigã in ſolitudinẽ: & deſer ta faciã ſanctuaria urã diſpergamq; terram ueſtram: & ſtupebũt ſuper eam inimici ueſtri cum habitatores illius fuerint: uos autem diſpergam in gentes & euaginabo poſt uos gladium: eritq; terra ueſtra deſerta: & ciuitates ueſtræ dirrutæ. Hãc enim intollerabilẽ iacturam & infælicitatem. urbs ſamaria qũ mater filium ſuum edit libera tunc euaſit: Iccirco quæ leuitici ſcripta ſunt đ ciuitate ipſa intelligi minime poſſunt. Inſuper deuteronomii. c. xxviii. dici tur non relinquat tibi triticum uinum & oleum armenta bouũ & greges oui/ um donec te diſperdat: & conterat in cunctis urbibus tuis: & deſtruantur muri tui firmi atq; ſublimes: in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Et infra diſperdet te dominus in omnes populos a ſummitate terræ uſq; ad terminos eius. Hæc quidem regi iſrael uel ciuitati ſamariæ uel ciuibus non ac ciderunt: eo maxime tempore quo mater filium in cibum ſibi miſera præpa/ rauit ſed ea perfecit deus quando a tito ciuitate ieruſalem deſtructa: diuina animaduerſione iudæi funditus perierunt. Et dicit ioſephus de bello iudai/ co libro ſeptio. c. xxii. quod per id temporis quiſq; cum liberis atque coniu gibus etiam minimo precio uenditus eſt. & in calce. capituli. xxiiii. eiuſdem libri inquit etiam. Qui uero infra decimum ſextum annum ætatis agerẽt uẽ diderꝰ. æquiſſimum enim fuit: ut perditis ciuitate ac templo ipſi etiam miſe/ ri perderentur. Et quãquam tempore belli regis ſyriæ mater calamitoſa ſor/ te ſua filium propriis manibus occiſum comederit: non tamen urbs illa ſama riæ cecidit: non uagi iudæi atque diſperſi non uenditi orbis terminos circuie runt: quemadmodum titi tempore atq; ueſpaſiani mortuo chriſto expulſi di uagantur per orbẽ ad hunc uſq; diem intollerabili iugo ſeruitutis oppreſſi. Hic itaq; poteſt iudæus facile fuſis iam ignorantiæ ſuæ nebulis cõmenticia il la deponere. Et quam fidelibus chriſtianis deus largitus eſt ueritatem atque

Re. ad gu.

Leuitici
Deutero nomii

iiii. Re.
vii.
Leuitici

uirtutē: iudæi q̄ ad huius uitæ conditionē pari ſorte uenerunt: ſibi itidē ipſis
opus eſt ſubminiſtrēt: & præoībus anteponāt: ſi pari noīe atq; beatitudīe ad
quā geniti ſunt nobiſcū pariter frui uoluerint. Nā profecto ī hac uita morta
tali cōtra ueritatē cōtendere: quo nihil arrogantius nihil ue a rōnis participe
remotius aliud nihil eſt q̄ uirtutē mentis & animi uigorē extinguere. Inde ho
mines brutis oībus infirmiores atq; īferiores ſe reddūt oīno: cū illa ſæpius na
turali prudētia moueant̄: ipſi uero naturalē rōnem euertant: & cōtra naturā
faciant. Icciro īcidunt iudæi in crimen ſtulticiæ atq; perditionis: quoniam
ꝓpoſitā ueritatē excludunt a ſe prorſus atq; reſpuunt. quare qa ſibi ipſis nō
cōſulunt: īſcipiētes ſunt: & mali quoniā ſe ipſos fallunt. Sed redeamus unde
certamen originē traxit. Nō opponit huic ueritati fides nr̄a ſiue religio q; ad
uentante meſſiach belloꝝ ītuitus oīs ſecedat: omniſq; armorū crepitus ubiq;
ſopitus iaceat: non terreat gladius nō opiniones præliorū mortaliū animos
timore cōcutiant: nō ad uarias nationes atq; diuerſas auiditate regnandi ho
mines diſtrahant: pax enī ubiq; uigeat: & dominat̄ ubiq; quies atq; ſecuritaſ
nullum īteſtinū præliū ſit neq; publicū neq; priuatum. Hæc ſane chriſti tēpo
re oīa effecta eſſe ueritas ipſa cōprobat: tunc enī nullus metus hoīum īpete/
bat animos: populorū clade: uel deuaſtatione urbiū uel oppidorū: Erat nā/
q; chriſto nato cuncta mūdi machina bellorū turbine atq; ſæuitiarū labe pur
gata. receſſerat penitus ars oīs militiæ: & armorū genus bellicū quodcūq; ru
bigine terebat̄: adeo q illorū genus ullū neq; noīabat̄ publice: neq; uidebat̄
Eſaias priuate: hoc illud eſt quod eſaias. c. ii. quēadmodū iudæus inqt: necnō & mi
Micheas cheas. c. iiii. hoībus aſſeruit. Et cōflabunt gladio ſuos ī uomeres: & lanceas
ſuas ī falces: nec exercebunt̄ ultra ad præliū. hoc eſt nullā armigerorum fore
ſtrepētiū turmā: nō aciē armis ullā militibus īſtructā: ſed tantū hūanis uſibus
hoīes eē paratos: & circa ea uerſari ſolū: quæ cōi uitæ atq; ſaluti cōducere di
gnoſcunt̄. Quodq; factū ſit chriſti tpe neminē fugit: nā īperante cæſare au/
guſto: pace dominā te ubiq; natus eſt chriſtus quo tpe ab auguſto præceptum
fuit: ut qlibet ad priſtinā patriam rediret & ꝓpriis laribus atque domeſticis
frueretur ut ciuitates regētes & oppida: quos ī regimīe ſuo regerēt hoīes uel
haberēt: cæſari nūciarēt: ut a quacūq; ciuitate uel oppido nō iiuſta ſed æqua
pro uirili ſua uectigalia uel cēſus uel tributa auguſtus exigere poſſet. Hoc at
teſtat̄ lucas. c. ii. Exiit edictū a cæſare auguſto ut deſcriberet̄ uniuerſus or/
Lucas bis: hæc deſcriptio prima facta eſt a præſide ſyrie cyrino: & ibant oēs ut pro
fiterent̄ ſinguli in ſuā ciuitatē. Et paulo īferius: factū eſt aūt cum eſſent ibi: ī
pleti ſunt dies ut pareret: & peperit filiū ſuū primogenitū. hoc eſt chriſtum
Pſalmus filium dei: uerum meſſiach. de quo ꝓpheta pſalmo. lxxxviii. cecinit: Et ego
priogenitū ponā illū: & excelſum præ regibus terre. Tunc ſubito ut eodē. c.
ſcribit̄ facta eſt cū angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantiū deū: & dicē
tiū: gloria ī altiſſimis deo & ī terra pax hoībus bonæ uoluntatis. Iure enī atq;

merito id ab angelo nunciatum eſt: quãdo chriſtus princeps pacis & auctor ẽ
hominibus pacem daturus: & iter deũ & hoiem ẽt pacem facturus aduenerat
iccirco pſalmo. lxxi. legitur: Orieť in diebus eius iuſticia & abundantia pa
cis. Et eſaiæ. c. viiii. & uocabiť nomẽ eius admirabilis cõſiliarius: deus for/ Pſalmus
tis: pater futuri ſæculi: princeps pacis. Duodecĩ enĩ annis circa tẽpus natiui Eſaias
tatis chriſti tanta ſiquidẽ pace regnabãt in toto terrarũ orbe ſopitis ubique
bellis gẽtes oẽs & nationes quæcũq; reges atq; principes ut armorũ oĩ ſubla/
lato terrore cõtinua pace uiuerent ut ſatis abunde cõſtat hiſtorias eorũdẽ tẽ
porũ lectitantibus. Sic itaq; uerſos in uomeres gladios eſſe ſic ĩ falces lãceas
ueritas ipſa fateť. Neq; dictio illa ultra quã dicũt hebræi hod quæ ab illis ꝓ
phetis poniť quãdo ĩquiunt nec exercebunť ultra ad præliũ: & nõ diſcẽt ul/
illecebris atq; fragilibus. Corpuſq; eius inutile ē: quoniam a iudæo quicquid agitur totum perit. Lupo autem agnus opponitur: quippe qui uocem hominis libens audit/ & totus manſuetus eſt: hominique opportunus atq; perutilis. Agnus enim chriſtianus eſt: qui a chriſto nomen accepit: quem eſaias. c. liii. & hieremias. c. xi. Necnon & ioãnes. c. primo agnum appellauit. Qui profecto chriſtianus uocem hominis/ hoc eſt chriſti qui fuit deus & homo p ſacerdotum prædicationem & apoſtolorum doctrinam libēter ſequitur. Cæteraſq; nationes im omnibns quæ ueræ religionis ſunt præſtat/ ac uincit. Horum natura igitur prophetæ non incognita inquit ipſe habitabit lupus cum agno: hoc eſt iudæus cum chriſtiano: qui relictis ſuperſtitionibus conuerſus ad chriſtum/ tunc habitabit cum eo. Quod factum chriſti tempore neminē fugit: qui ueritatem ſequitur. Nam q̃plurimi tanq̃ lupi in chriſtianos ſæuiētes: poſtmodum habita ueritate chriſtiani effecti cũ chriſtianis uitam ſimul pariterq; duxerunt. Ex his nãq; paulus unus extitit iudæus de tribu beniami chriſtianorum inſectator acerrimus: qui chriſtianæ religioni dicatus deniq;: priſcorum ſuorum omiſſis erroribus/ totus humanus ac manſuetus cum chriſtianis habitauit & uixit religionis chriſtianæ amplificator præcipuus: de quo prius dictum fuerat a patre ſuo iacob. c. xxxxviiii. geneſeos: beniamin lupus rapax: & recte rapax: quoniam qui multo chriſtianorum ſanguine ſaturari non poterat: unica chriſti uoce ſaciatus/ tandem pro chriſto uita functus eſt.

Agnus chriſtianus eſt.

Geneſeos.

Pardus ſubdit poſtea propheta cum hædo accubabit. Pardus nãque animal ē maculis undiq; obſitum/ & in ſaltu admodum uelox. Pardus enim iſte homo gentilis eſt/ uariis atque diuerſis fallaciis infectus: diligens ad ſaliendum in errores: quandoquidem ſectæ iudaicæ non nulla obſeruet: quæ agenda non ſunt: & aliqua prætermittat: quæ chriſtianæ religioni adeo īnituntur q; nullo pacto ad beatitudinem adipiſcendam omitti poſſunt. Et ſic a ueritate deuius ad ſuperticiones atq; fallacias uelox accedit.

Hædus eſt animal ſemper ſequens atque matrem deſiderans/ & innoxium quidē ſic itidem chriſtianus eccleſiam quæ eius mater ē obſeruat atque ueſtigia eius uel documenta ſequitur. Iccirco nemini officere ſed omnibus prodeſſe nititur: hoc chriſtiani officium eſt: hæc ſua natura. Hædus inſuper loca alta & aſpera ſemper appetit & aſcendit. Sic itidem chriſtianus diuinarum ſcripturarum locis arduis atque difficillimis delectatur: quorum alta myſteria & eorum ueritatem prænoſcens ad æternam nimirum fælicitatem aſcendit. Cum illo demum (ut a q̃plurimis apoſtolorum tempore factum eſt) gentilis chriſtum cognoſcens deum uerum & hominem uerum: uixit & conquieuit: iſtudipſum præuidens eſaias ait. Pardus cum hædo accubabit: hoc eſt gentilis cum chriſtiano/ cultu idolorum relicto: uera ſolum chriſtiana religione ſuſcepta ſimul uiuet & conquieſcet:

Hædus chriſtianus ē.

Et ſequitur eſaias uitulus & leo & ouis ſimul morabuntur.

Loe. Leo cæteris animalibus præſidet: cuius uis in pectore uiget: hominem humi proſtratum: ſua (ſi dici poteſt clementia) non offendit. Non aſtu ſed ſola uirtute pugnat. Terretur tamē igne atque galli cantu: Leo hoc in loco priceps chriſtianus eſt: qui uirtute religionis omnibus infidelibus dominatur. Cuius uis hoc eſt religionis zelus in pectore uiget/ ideſt in corde: quandoquidem cor tantum intueatur deus. Hominem ſuper terram iacentem non offendit: hoc eſt iudæum uel gentilem qui fraglia tantum atque terrena ſapit: niſi æquitate coactus neque inſectatur neque offendit. Aſtutia non pugnat leo/ ſed ſola uirtute: hoc eſt princeps chriſtianus fretus ſola uirtute atque religione chriſti bellum cum infidelibus gerit qum opus eſt pro eius ſola fide ſeruāda. Terretur tamen igne atque galli gallinacei cantu: hoc eſt ardore chriſtianæ religionis atque ſacerdotis doctrina uel uoce uel prædicatione mortis æternæ perterritus/ ſacerdoti ſubiacet peccatorum ſuorum flexis genibus ueniam & abſolutionem petens. Hæc nimirum propheta diuino afflatus ſpiritu non ignorans dixit: uitulus & leo & ouis ſimul morabūtur. Ideſt princeps chriſtianus atque ſacerdos una & eccleſia quæ propter utilitatem beatitudinis æternæ: quæ ex ea capitur: & innocentiam: quam ouis in ſacris litteris ſonat ouis dici poteſt uno animo/ uno dei cultu atque religione ſimul permanebunt & cōquieſcent.

Eſaias. Addit poſtea eſaias puer paruulus minabit eos: Hic autem puer chriſtus eſt: qui a propheta. c. viiii. paruulus nuncupatur: quando dicit paruulus enim natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis. Minabit eos ideſt ſacerdotem atque principem ac cæteros omnes in chriſto credentes qum in ſecundo ſui aduentu ab eo iudicabit mundus: ducet ſimul ad æternā gloriam perfruendam.

Vitulus Vrſus eſt doctor hebræus

Et ſequitur propheta uitulus & urſus paſcentur. Simul requieſcent catuli eorum. Vrſus animal eſt: cuius oculi ſæpius hebetantur. Habetque caput inualidiſſimum: necnon uerſutia in maleficio cætera animalia præſtat. Hic uero urſus rabi ſiue doctor iudæus intelligitur: cuius interiores oculi ſiue ſenſus: frequentius in percipiendis ſacris litteris hebetes fiunt/ & inſanum caput habet ad intelligendum uel tenendum quicquid ei ſaluti fore dignoſcitur. Pergit enim ſolum argumentationibus atque aſtutiis præ omnibus gentibus/ pro tuendis erroribus atque ineptiis ſuis. Non ui ulla ueritatis/ non ratione aliqua/ qum de religione atque animarum ſalute agitur: ſed cōmēticiis quibuſdam ſolum atque dolis excitatur atque mouetur. Ipſe tamē paſcetur & chriſtianus ſacerdos ſimul qui uitulus appellari poteſt: cū animal ipſum pulchrū aſpectu ſit: dolis carens: & prorſus innocens ut chriſtianus. Quam ob rem plerique iudæorum periti/ noſtræ religionis habita ueritate depoſitis erroribus confugientes ad chriſtum cum chriſtianis uno & eodem cibo nutriti ſunt/ qui chriſtus eſt. Iccirco ſcribitur ioannis capitulo. vi.

Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pa/
ne uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi uita
& infra. Caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus: q manducat
meā carnem & bibit meū ſanguinē in me manet & ego ī illo. & ait poſtea eſa
ias. Simul paſcent̃ catuli eoꝝ. hoc eſt & iudæoꝝ filii poſtmodum atq; chri/ Eſaias.
ſtianoꝝ uno ritu fidei atq; religione alent̃ ſimul pariter & fouebunt̃.

Et ſubdit præterea eſaias: & leo q̄ſi bos comedet paleas. Leo ut diximus chri/
ſtianus eſt princeps: q in uoluptuoſam ciboꝝ uarietatem imerſus ſpretis de
mum oībus deliciis ac uoluptatibus/ chriſtum ſecutus in continentia paup/
tate atq; obedientia cum religioſis una cibo incultu poſtea uitam ieiunā du/
xit. Quod factum a q̄plurimis eſt: ut conſtat hiſtorias chriſtianæ religionis
legentibus.

Et delectabit̃ inq̄t etiam eſaias īfans ab ubere ſup foramina aſpidis. Aſpis ſer
pentum genus ē hebetes in temporibus oculos habens: ſæpius intumeſcit & Aſpis.
auditu potius excitatur q̄ uiſu. & alterā aurem uerſus terram ponit alteram
ꝓpria cauda obturat: ne uocem incantatoris audiat. Aſpis iſte eſt homo iu Aſpis iu
dæus diuinæ legis penitus ignarus q non recte ꝑſpicit neq; uidet quæ ad ſa dæus igna
lutem ſuā attinet: qui accuſari ignorantiæ ſuæ non patitur: intumeſcit enim rus eſt.
quoniā (ut litterarum neſci & imperiti aſſolent) ꝓ ſcientia ſcripturarum au
dacia utitur atq; ſuperbia. Neq; mouetur ad bonum capeſcendum ui uerita
tis uel diſciplinæ: ſed tantum ueterum ſuoꝝ auditu excitat̃ & pergit. Et qū
chriſtianoꝝ qs uiam ſalutis ei offert: aurem ſuam ad priſcoꝝ ſuoꝝ ignoran/
tiam qui tātum terrena ſapiuut dirrigit. Alterā uero quominus audiat ueri
cognitionem peruicacia ꝓpria obturat. & infans delectabitur ab ubere ſup
foramina eius: quia chriſtianus ſimplex ac bonus ꝓpter conuerſionem illius
ad fidem chriſti capiet iocūditatem q̄maximam ab ubere hoc ē opulētia bo
noꝝ operum ſup foramina ideſt implicationes atq; fallacias a iudæo euerſas
radicitus: quibus antea implicitus ipſe erat atq; deceptus.

Inſuper ſcribit eſaias: & in cauernam reguli qui ablactatus fuerit manum ſuā
mittet. Regulus qui & baſiliſcus dicitur: erectus incedit: Ceteros ſibilo ſuo Eſaias.
ſerpentes effugat. Fructiceſque & herbas arefacit afflatu & necat. Saxaque Regulus
rumpit. eum tamen muſtella ſucco ſuo interficit. Regulus hic ſerpēs iudæo ſynagogæ ue
rum ſynagogæ uetus ſacerdos eſt: qui tenſo pectore/ elato ſupercilio fronte tus ſacer. ē
que rugata ſemper graditur. Quiq; cæteros ſerpentes hoc eſt iuniores ſacer baſiliſcus.
dotes iudaicos/ ſua falſa doctrina & prædicatione contra chriſtianos a re/
cto itinere cæleſtis patriæ effugat atque expellit. Eorumque uirtutes ſi quæ
ſunt ac operationes ſuaſu illius aridæ fiunt atque perduntur apud diuinam
maieſtatem atque iuſticiam. Saxaq; rumpit hoc ē iudæoꝝ corda in diuerſos
& uarios errores diuidit atq; frāgit. ſed ablactatus manū ſuā mittet in cauer
nā illius: ideſt chriſtianus ſacris lr̄is præditus uim diuinarū ſcripturaꝝ cōtra

ſynagogam illius iniiciet pro ueritate tuenda. Et muſtella ſuo ſucco regulũ ĩ
terficit/ hoc eſt eccleſia noſtra uel ratio chriſtianæ religionis uigore proprio
& ſcripturarum ſanctarum teſtimonio ſacerdotem iudæum uincit atqꝫ ſupat
q̃ poſtmodum cognitis erroribus ſuis mortuũ ſe deo intelligit atque nouit.
Hæc chriſti tempore cum frequentius fiant: quando ſynagogæ præſidentes
a noſtris uero litterarum ſenſu ac ꝓpria uirtute ueritatis uincantur. Illiqꝫ tan
Eſaias. q̃ mortui iaceant ſupſtitionibus ſuis atqꝫ erroribus iam ꝑceptis. Iccirco eſa/
ias dixit. Et in cauernam reguli q ablactatus fuerit manum ſuã mittet. Hoc
eſt chriſtianus chriſtiana religione ꝑitus in ſynagogam inſurget ſanctorũ ua
ticiniorum uigore atqꝫ ꝓphetarum doctrina: quod q̃dem ante chriſti aduen
tum ullo pacto ab aliquo effici non licebat. & addit propheta dicens: nõ no
cebunt & nõ occident in uniuerſo monte ſancto meo. Mons iſte templũ do/
mini eſt: quæ eſt eccleſia chriſti: & dicitur mons ꝓpter miram altitudinem ſa
cramenti: & incompræhenſibile myſterium corporis chriſti: quod indies ibi
a ſacerdotibus conficitur. Iccirco canit chriſtianus ſacerdos. Fundata ē do/
Eſaias. mus domini ſup uerticem montium & exaltata eſt ſup omnes colles. Quam
ob rem ait eſaias aſpis & regulus non nocebunt & nõ occident. Hoc eſt neqꝫ
hebræus aliq̃s indoctus neqꝫ ſynagogæ ſacerdos peritus uenenoſis dolis ſu/
is uel fraudibus uel inſidiis uel ulla ui fallaciarum ſuarum uel fundamẽto ali
quo ortodoſæ eccleſiæ dedicatum non occidere modo. ſed neqꝫ etiam ei offi
cere poterit: quia (ut inq̃t propheta) repleta eſt terra ſcientia domini. Terra
enim quẽadmodum quæ ad uitam hominis attinent/ fundamentum oĩum ē
ſic itidem eccleſia noſtra eſt quorũcũqꝫ ad aĩarum ſalutem ꝑtinẽtium ſolidũ
atqꝫ unicum fundamentum. Terra igitur ait eſaias repleta eſt ſcientia domi/
ni: hoc eſt eccleſia chriſti ſcientia dei ſiue doctrina circũmunita eſt: probe ĩ
ſtituta atqꝫ diuino fundamento firmata: de qua ꝑfecto a ueris dei cultoribꝫ
dicitur/ hæc eſt domus domini firmiter ædificata bene fundata eſt ſupra fir
mam petram.

Et ꝙ aĩalium nomina quæ a ꝓpheta dicta ſunt methaphorice intelligantur de
hominibus: nonne o raphael in principio huiuſmodi capituli ab eſaia dicit
egredietur uirga de radice ieſſe: & flos de radice eius aſcendet: per uirgam
enim atqꝫ florem/ nõne intelligunt raboteni tui & regem meſſiach: Hoc ſane
inficiari non potes: nã chaldaica tranſlatio apud te inq̃t. Exibit rex de filiis
Chaldaica iſai: & meſſiach de filiis filioꝝ eius. Qđ ſi ita eſt ſicuti ē ꝙ ꝓpheta ibidem ꝑ
tranſlatio. methaphoram loquat': ſic ſubſequẽtia uerba etiam de animalibus illis eodẽ
loco expræſſa intelligi ueritas ipſa cogit. Quam inſup ueritatem tuus etiam
Ra. moſes rabi moſes approbat atqꝫ confirmat inquiens. Nullus ſibi pſuadeat ꝙ in die
bus meſſiach de operibus ſex dierum aliquid iam iſtitutum a deo mutari uel
ĩnouari debeat: ſed modum ſuum & ordinem mũdus ſeruabit penitus. Hac
ſiquidem doctoris tui auctoritate atqꝫ ſentẽtia oſtenditur aĩalia ibi ab eſaia

dicta uaria hominũ genera atq; diuerſa ipſorũ aialia naturã ſequẽtia itelligi debere. Vtq; de ſingulis hæc ueritas illuſtret' ſacras diſcutiamus lr̃as: uidebimus nãq; ſingula eorũ noïa hoïbus recte congrui & applicari. Scribit eni hieremias. c. v. de rege pſarũ atq; medorũ q poſt cyrum extitit: & illũ pfecto lupum nũcupat dicens: Lupus ad ueſpam uaſtauit eos. Inſup ezechiel. c. xxii. nõ ne & principes ciuitatis lupos appellat? Ait eni. Principes eius i medio illius quaſi lupi rapientes prædã ad effundendũ ſauguinem & ad pdendas animas. Principes eni iudæos lupos uocat: q ad effundendũ chriſtianũ ſaguinẽ proni ſũt: ut i tridẽtina urbe: & i baſſani opido quod ſcio loquor: & in q̃plurimis fortaſſe locis aliis effecerũt. Et addit ezechiel ad pdendas animas ſuorũ ſcilicet iudeoꝝ falſis dogmatibus atq; decretis. Præterea abachuc. c. i. de eqs exercitus nabuchodonoſor ait: Equi eius uelociores lupis ueſptinis. Nec nõ ſophonias. c. iii. Iudices eius lupi ueſpe: non relinquebant mane. Inſuper & chriſtus noſter hoc ipſũ ſecutus eſt: matthei. vii. Attẽdite a falſis prophetis q ueniunt ad uos i ueſtimentis ouiũ itrinſecus ãt ſunt lupi rapaces. Et. c. x: Ecce ego mitto uos ſicut oues i medio luporũ. Necnon & lucas hoc teſtat' c. x. Ite ecce inqt chriſtus ego mitto uos ſicut agnos inter lupos. Item actuũ. c. xx. Ego ſcio quoniam intrabũt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces i uos non parcentes gregi. Quod aũt agnus pro homine intelligat'! legamus prouerbiorũ. c. vii. ubi ſic dicitur. Statim eam ſequitur quaſi agnus laſciuiens. Loquit' enim ibi de adoleſcente impudicam mulierẽ uſu uenereo inſectante. Item eſaias. c. xvi. Loquens de meſſiach ait. Emitte agnum domine dominatorem terræ. Et. c. liii. Et quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet: & nõ aperiet os ſuum. Itidem hieremias: c. ii. Et ego quaſi agnus manſuetus q portatur ad uictimam. Iſtas enim auctoritates dici de meſſiach litteras ipſas per contanti liquido conſtat. Et. c. li. idem propheta dicit loquens de chaldeis deducam eos quaſi agnos ad uictimam. Item oſeas. c. iiii. loquens de decem tribubus. Nunc paſcet eos dominus quaſi agnũ i latitudine. Hoc itidem ioãnes de chriſto ait. c. primo ecce agnus dei: &. xxi. paſce agnos meos: Itẽ apocalypſis. c. v. Et uidi in medio ſeniorum agnum ſtãtem tanq̃ occiſum. Et. c. xvii. Agnus uincet illos quoniam dominus dominorum eſt: & rex regum.

Pardus etiam ut pro homine in ſacris litteris ſæpius intelligi debeat: patet per auctoritatem hieremiæ. c. v. ubi dicitur: Pardus uigilans ſuper ciuitates eorum. Loquitur ibi de regno antiochi illuſtris qui multa in iudæos mala intulit. Itidem oſeas. c. iii. cuius ore loquitur deus de ſe ipſo: & ego ero eis quaſi pardus in uia aſſyriorum. Necnon abachuc. c. primo: Leuiores pardis equi eius. Et daniel. c. vii. Loquens de alexandro ait: poſt hæc aſpiciebam: & ecce alia quaſi pardus. Necnon ioannes apocalypſis. c. xiii. ait. Et beſtia quã uidi ſimilis erat pardo.

Quod etiam hædus hominẽ ſonet habet' hoc hieremiæ. c. l. ubi dicitur de iu-

Hieremi
Ezechiel
Ezechiel
Abachuc
Eſaias.
Hieremia
Oſeas
Oſeas
Abachuc
Daniel
Hieremias

dæis recedentibus de babylone: Eſtote quaſi hædi ante greges. Item matthei c. xxv. legiť. Et ſtatuet quidē oues a dextris: hædos autem a ſiniſtris.

De leone qui hominē ſignificat uel ei accōmodať. Scribitur numeri. c. xxiiii. de populo iſrael. Accubans dormiuit ut leo. Item pſalmo. xvi. ſuſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam: quæ uerba poſſunt rectius accōmodari iudæis: q̄ ſatellibus ſaulis contra dauid regem. Item prouerbiorum. c. xviiii. ſicut fremitus leonis ita regis ira. Et. c. xxviii. iuſtus autē quaſi leo confidens abſq; terrore erit. & eccleſiaſtici. c. iiii. Noli eſſe ſicut leo in domo tua. Nec non & eſaias. c. v. ſcribens de rege babylonis ut qbuſdam placet: inqt rugitus eius ut leonis. De quo etiā rege dr̄ hieremiæ. c. xxxxviiii. Ecce quaſi leo aſcēdet de ſuperbia iordanis. Item oſeas. c. ii. ait de meſſiach quod itidem ſētit rabi ſolomon: quaſi leo rugiet: quia ipſe rugiet: & formidabūt filii maris Rugit enim chriſtus iudæos increpans cæcitate atq; malitia quando dicit: ſi enim non credideritis quia ego ſum ī peccato uṙo moriemini. Inſuper apocalypſis. c. v. ecce uicit leo de tribu iuda.

Numeri

Pſalmus

Prouerbiorum

eccleſiaſticus

eſaias

Hieremias

O ſeas

Ra. ſolo.

Item de ouibus habetur. ii. Re. c. xxiiii. ubi dauid loquiť: Ego ſum qui peccaui & ego iniq; egi: iſti qui oues ſunt quid fecerunt? Et. ii. paralypomenon. c. xxviii. ubi loquitur micheas: uidi uniuerſum iſrael diſperſum in montibus ſicut oues abſq; paſtore. Item pſalmo. lxxiii. iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue tuæ. Nec non & pſalmo. lxxviii. Nos autem populus tuus & oues paſcuæ tuæ confitebimur tibi in ſæculū. Et eſaias loquens de chriſto meſſiach c. liii. ſicut ouis ad occiſionem ducetur. Item ezechiel. c. xxxiii. Diſperſe ſūt oues meæ: eo ꝙ non eſſet paſtor. Itidem zacharias. c. xiii. percute paſtorem & diſpergentur oues. Necnon ioannes. c. x. ego ſum paſtor bonus & cognoſco oues meeas & paulo infra: & alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili &. c. xxi. paſce oues meas.

De urſo ſcribitur prouerbiorum. c. xxviii. urſus eſuriens eſt princeps impius: Necnon eccleſiaſtici. c. xxv. Nequitiam mulieris imutat faciem eius: & obcecauit uultum ſuum tanq̄ urſus. Item trenorum: c. iii. urſus inſidians factus eſt mihi.

De aſpide legitur pſalmo. xiii. uenenum aſpidum ſub labiis eorum. Et pſalmo lvii. furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidæ ſurdæ obturantis aures ſuas.

Præterea de ſerpente regulo legimus hieremiæ. c. viii. ubi de chaldeis ſcribiť Ecce ego mittam uobis ſerpentes regulos quibus non eſt incantatio. Et ī apocalypſi. c. xii. & proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiqus qui uocať diabolus & ſathanas.

His itaq; omnibus recte adductis: ſtudioſe intellectis: atq; probe cognitis: clarum eſt pro hominibus animalia ipſa imprimis a propheta eſſe metaphorice dicta pari ratione eorundem de quibus cæteri prophetæ ſcriptitarunt: Cui

ueritati nemo obſtare poteſt: niſi male ſanus: qui neq; hominis ſenſu neq; ra/
tione mouetur. Qua propter o raphael tui omnes iam queunt facile non di
cam opinari: ſed percipere quibus erroribus ob ſuperbiam ſuam atq; perti/
naciam irretiti & qua ſcripturarum ignorantia moueãtur & pergant. Quos
profecto neq; natura ipſa: neq; uſus frequens: qui rerum omnium magiſter ẽ
neq; uitæ neceſſitas: neq; ratio ulla: qua dirriguntur homines ad cœlum: ad
ueri cognitiouem atq; uerum dei cultum poteſt uel impellere uel excitare. un
de dici neceſſe eſt: eos eſſe non homines: ſed beſtias putridas: uel ſaltem mar
moreum quoddam caput inutile atq; perditum. Id nanq; dignoſcere tu ipſe
potes: quandoquidem te non lateat eorum iniquitas ſuperbia atq; impietas
quoniam de religione non diſputant ut ueritatem acquirant: ſed ut ſe uani/
tate oblectent: atq; propriis moribus uiuant: hoc ordine a ſenſibus prophe/
tarum ſe auertunt: atq; deo repugnat: Iccirco ſcribitur pſamo. lxxii. tenuit
eos ſuperbia: operati ſunt iniquitate: & impietate ſua: & infra poſuerunt in Pſalmus
cœlum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terram hoc eſt: & contra diuinã
maieſtatem oblocuti ſunt: atq; religionem eius. propterea eſaias. c. primo in Eſaias.
ipſos inuehit dicens Ve genti peccatrici: populo graui iniquitate: ſemini ne
q̃ filiis ſceleratis: dereliquerunt dominum: blaſſemauerunt ſanctum iſrael
abalienati ſunt retrorſum. Necnon & capitulo. v. Abiecerunt legem domini
exercituum: & eloquium ſancti iſrael blaſſemauerunt ideo iratus eſt furor do
mini in populum ſuum: & extendit manum ſuam ſuper eum: & percuſit eum Pſalmus
Et eodem pſalmo. lxxii. deieciſti eos dum alleuarẽtur: quomodo facti ſunt ĩ Eſaias.
deſolationem ſubito defecerunt & perierunt propter iniquitatem ſuã. Quã
perditionem ſiue interitum uideus eſaias & ingemiſcens cum iudæis ſi/
mul ait. Ecce tu iratus es: & peccauimus: & in ipſis fuimus ſemper: & ſalua/
bimur: ſupple ſi reuerſi fuerimus ad te. Et facti ſumus ut immundi omnes
nos: & quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſticiæ noſtræ. Et cecidimus qua
ſi folium uniuerſi: & iniquitatesnoſtræ quaſi uentus abſtulerunt nos. Nõ eſt
qui inuocet nomen tuum: qui conſurgat & teneat te. Abſcondiſti faciem tuã
a nobis: & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. Et paulo infra: Ciuitas ſã/
cti tui facta eſt deſerta ſyon deſerta facta eſt: hieruſalem deſolata domus ſan
ctificationis noſtræ: & gloriæ noſtræ. Vbi laudauerunt te patres noſtri facta
eſt in exuſtionem ignis: & omnia deſiderabilia noſtra uerſa ſunt in ruinas. Si
hanc enim uidiſſet propheta calamitatem atq; miſeriam quam iudæi ferunt
atq; perferunt non potuiſſet profecto ſanius dicere atq; uerius. Peccauimus
inquit. Quoniam meſſiach ad eos celitus demiſum iudæi reſpuerunt & aſp/
nati ſunt. Facti ſumus imundi. Quoniam occidendo chriſtum: manus eorũ
quemadmodum ab eodem propheta. c. primo ſcribitur ſanguine plenæ ſunt Eſaias.
Et quaſi pannus menſtruatæ iuſticiæ noſtræ. Quoniam nõ poſſunt a iudæis
mundum quicq̃ deo offerre: niſi ab infidelitatis macula penitus deducantur

& chriſtum fateantur uerum meſſiach. Cecidimus. Quoniam ſpem omnem fœlicitatis atq; beatitudinis amiſerunt. Iniquitates noſtræ abſtulerunt nos: a recto ueſtigio ſcilicet ſalutis æternæ. Neq; eſt qui inuocet nomen tuum: Hoc eſt chriſtum filium tuum: qui tuo nomine dignus eſt atq; natura: ut in ſecūda notatione manifeſte oſtendimus. Neque eſt qui teneat te: ideſt qui intelligat meſſiach: qui tecū ſemper fuit unus deus ante ſecula genitus una gloria una maieſtas: & dominus omnium: qui cuncta condidit: cunctaq; ſuo nutu regit atq; gubernat. Abſcōdiſti faciem tuam a nobis. Quoniam miſeriores omnibus quocūq; diuagamur & natiōibus cunctis ſumus infenſi: qum tuam a nobis auerteris miſericordiam atq; cōmiſerationem. Alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. hoc eſt in fortitudine noſtra contriuiſti nos propter iniquitates noſtras. Quod ſubſequitur propheta declarans: Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta: Syon deſerta facta eſt. Hieruſalem deſolata domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ. Vbi laudauerunt te patres noſtri: facta eſt in exuſtionem ignis: Et omnia deſiderabilia noſtra uerſa ſunt in ruinas. Hæc enim omnia in fortitudine ſalutis iudaicæ preſtantiora cæteris omnibus erant iure atq; merito apud hebræos: nam cōtra aduerſarios reddebāt iudæos fortes atq; magnanimos: & deum propicium & fautorem. Id nanq; clarū eſt oībus ſacras lr̄as lectitantibus. Et ſequitur eſaias dicens. Nūquid ſuper his cō-

Eſaias. tinebis te domine: tacebis: & affliges nos uehementer? Sup q̄bus uerbis: hæc intelligit̄ tacita dei reſponſio: Cōtinebo me omnino uobis nullā gratiam uel fauorē præſtando. Taceboq;: hoc eſt permittā uos cunctis gentibus eſſe deriſioni atq; ludibrio. Et affligam uos uehemēter: ideſt terrore continuo: anguſtiis: ægritudinibꝰ: calamitate ꝑpetua atq; miſeria. Quod aūt eſaiæ: iſte fuerit ſenſus: clarum eſt per ea quæ. c. ſequenti īmediate ſcribuntur. Ecce ego ecce ego inquit deus ad gentem quæ neſciebat me: & quæ nō īuocabat nomen meū. His eteni apte cōſtat deū a iudæis eſſe auerſum penitus: atq; remotum: & chriſtianis uolentibus deditū atq; propinquum. Nā ante chriſti aduentum deuii erāt a uera dei cognitione: & ī diuerſos ac uarios cultus deorū prolapſi Tandē mortuo chriſto: & a diſcipulis eius reſeratis ſanctarū ſcripturarū ſenſibus: ac ipſius uera ubiq; ab eiſdē prædicata doctrina: hoīes illi tunc unius tantū dei cultū cōgruū ītellexerunt atq; amplexi ſunt: Cognouerūtq; chriſtū deū eſſe & hoiem: & relictis idolis ſecuti ſunt eū fide atq; religione. Iccirco īquit deus p ꝓphetā: Quæſierūt me q ante nō īterrogabant: īuenerunt q̄ non quæſierunt me. Ecce ego: ecce ego ad gētem: quæ neſciebat me & quæ nō inuocabat nomē meū. Vnde dubiū nō eſt: qn deo pēitus iudæi odio ſint: & unq̄ ab ītollerabilis huiuſmodi ſeruitutis uinculo diſſolui nō poſſe: quæ eſt & ſine termino & ſine fine. quēadmodū p eſaiā facile: ſicuti ē oſtēdimus. Et iſtud

Hieremias ipſū hieremias trenoꝝ. c. iiii. teſtat̄ & docet. Maior iq̄t effecta eſt iniq̄tas fi-

Sodoma liæ populi mei peccato ſodomorū quæ ſubuerſa ē in momēto. Maior etenim

iudaici populi iniquitas q̄ ſodomorũ peccatum extitit ait ꝓpheta. Sed cum maius peccatũ mereat̄ maiorẽ pænam apud deum æquiſſimũ iudicẽ: ut hẽt̄ deuteronomii. c. xxv. Pro mẽſura peccati erit & plagarũ modus. cõcludi neceſſe eſt: ꝙ ciuitas ieruſalẽ & eius populus grauiori punitiõe q̄ ſodoma: & habitatores ipſius mulctari debeãt. Sed ſodoma iam ſũt ãnorũ tria millia & qngenti uel circa ꝙ ſubuerſa eſt atq; extincta funditus: & habitãtes ibidem ſũt apud inferos ẽt æterno ſupplicio cruciati. Igitur ieruſalẽ maiori numero annorũ proſtrata iacere debeat: & eius ciues tandẽ q iudæi ſunt æternũ cruciatum & cũ maiori pæna pati atq; ꝑferre. Sed ciuitas ipſa annos mille quadrigentos & quindecim tantũ diruta atq; ſolo æquata iacet: & iudæi totidẽ captiuitatem ꝑferunt igitur ſuperſunt adhuc annorum duo milia & octoginta quinq;: in qbus adhuc ipſa ꝓſtrata maneat: & iudæi ſolita ſeruitute præmantur: ſi non grauius ſed æque ut ſodoma: etiam deliquiſſent. Sed cũ mundus (ut aiunt talmuthiſtæ) tanto tp̄e conſiſtere non poſſit: iure atq; merito dici debet: iudæos ſemp̄ q̄diu mundus fuerit ſeruos eſſe ac miſeros fore & totum aſſidue diuagari p̄ orbem. Quod aũt mundus eo tp̄is ſpacio circũuolui nequeat: quẽadmodum iudæi ſentiunt: legatur apud ipſos in libro q nuncupatur ſennhedrim guazit: hoc eſt ſeptuagita iudicũ ordinariorũ. c. coliſrael: & in libro auenazra. c. i. & i libro cederholam. Vbi dicit̄ ꝙ filius cuiuſdã mulieris ſareptanæ: quẽ mortuũ ſuſcitauit helias: quẽadmodum ſcribit̄. iii. Re. c. xvii. habuit ſpiritũ futura diuinitus prædicentẽ: qppe qui poſt ſuam reſurrectionẽ uera ſemp̄ uaticinatus eſt a quo dictũ fuiſſe iudæi aiunt mũdi ſtatum annorũ ſex millibus tantũ & nõ ulterius ꝑmanſſurũ. Qua pp̄ ſi quærat̄ nunc a iudæis a mundi creatione ad hũc uſq; diẽ quot anni effluxerit: reſpõdebũt eni ſequẽtes doctrinã ſuã præteriiſſe annorũ qnq; millia ducẽtos & quadraginta octo: qbus dẽptis ex annorũ ſex millibus: ſupſunt anni ſeptingenti & qnquaginta duo: Sed ut pari tp̄is ſpacio ſaltẽ: quo & ciuitas ſodomæ iclinata eſt iudæi dent pænas (licet iniqtas eorũ: ut ait ꝓpheta maior fuerit) neceſſe eſt: ut iudæi ipſi annorũ duobus millibus & octoginta qnq;: exceptis mille quadringẽtis & qndecim annis: qbus ſeruitute afflicti extiterũt grauentur ẽt captiuitatẽ eadẽ & opprimant̄. Sed cũ mundus ulterius q̄ ſeptingentis & qnquagita duobus ãnis ſup eſſe nequeat: & iudæi (ut diximus) adhuc puniri pro peccato ſuo debeant annorũ duobus millibus & octoginta qnq;: ẽt ſi æque uel pari mẽſura peccatũ cõmiſiſſent. Igit̄ cõcluſio hæc atq; ueritas ipſa de ſe teſtimoniũ affert: iudæos q̄diu mũdus extiterit: & ultra ſemp̄ ſeruitute obſtringi: dolore affici: atq; angore cõtinuo cruciari. Non ſperent ergo unq̄ ſeruitutis ſuæ metã ſiue terminũ: niſi chriſtũ cognoſcant atq; fateant̄ uerum meſſiach dei filiũ: deũ de deo ſolũ unicũ & ſingularẽ: unã diuinitatẽ atq; potentiam. Qui ſi ut maiores ſui pticaces fuerit: dici neceſſe eſt: ꝙ quẽadmodum uiri ſodomæ ac mulieres æternis cruciatibus angunt̄: ſic iudæi tandem

Deuteronomii

Spe oĩ dominandi cecide ſũt iudæi

Miſeria iudæorum

Sennhedri guazit

Auenazra

Cederholã

iii. re. xvii.

Iudæorũ ſeruitus abſq; terio

æternis torquebũtur ſuppliciis & cũ maiori pæna: ut mẽſuræ peccati: æqua
lis plagarũ modus addat: quandoquidẽ maior eorũ fuerit iniquitas q̃ ſodo
morũ peccatũ queãdmodum hieremias ait. Hoc ipſum eſaiam nõ prætermiſ
Eſaias: ſe legimus quãdo ab eo dicitur. c. i. Niſi dominus exercituum reliquiſſet no
bis ſemen quaſi ſodoma fuiſſemus: & quaſi gomorra ſimiles eſſemus: Loqui
tur hic propheta pinde ac ſi in iudæorum numero eſſet: inquit enim: niſi do
minus nutu ſuo atq; clementia ex omni iudaico populo iudæos quoſdam fo
re ſuperſtites permiſiſſet: qui nihilominus uagi ſunt & expulſi undiq;: ut ſo
doma & gomorra funditus periiſſent. Ex quibus ſanæ mentis cuilibet cõſtat
ſpem oẽm ſalutis atq; beatitudinis a iudæis ſemotã penitus eſſe atq; ablatam
quandoquidẽ ſodoma atq; gomorra euerſæ ſint atq; extinctæ annorum iam
(ut ſupradictum eſt) tribus millibus & quingentis: & illarum homines pæna
torqueantur æterna: Quibus ciuitatibus & hominibus ut ait eſaias: iudæi ſi
miles forent: niſi ipſorum aliqui ſupereſſẽt: hoc eſt nihil profecto deficit ut
iudæi omnes penitus corpore & anima perditi atq; extincti ſint: niſi q; id ſo
lum relictum eſt: ut eorum pauci ſuperſint. Quo igitur iure: qua ue ratione
iudæi ſibi perſuadere poſſunt: meſſiach eſſe uenturum: qui eos ad priſtinam
libertatem reuocet? quando ſimiles ſint ſodomæ atq; gomorre: ubi nullum ci
uitatis ueſtigium apparet: & qui habitabant in eis æterna animaduerſione
mulctentur. Hanc ueritatem oſtendit ipſemet propheta. c. iii. qum dicit:
Peccatum ſuum quaſi ſodoma prædicauerunt: nec abſconderunt: ue animæ
eorum: quoniam reddita ſunt eis mala. Peccatum eni quod iudæi prædicãt
atq; nulla habita ratione uel timoris humani uel ſupplicii æterni publice ma
nifeſtant: eſt profecto quod ex chriſti occiſione contraxerunt. Et quemad
dum ſodomitas illos impudentes execrabile facinus ſuum eſſe omnibus ex
ploratũ nõ puduit: Sic itidem iudæos nullo terrore chriſtianæ religionis ha
bito nõ pudet ſe & iter chriſtianos prædicare chriſtũ nõ iiuria occidiſſe. Iccir
Eſaias: co ait eſaias. Ve animæ eorũ quoniã reddita ſunt eis mala: Mala ſcilicet hu
mana atq; æterna: æterna iudei mortui ſentiũt: humana q uiuũt nõ ignorãt.
igit̃ ſi recte ſi probe iſtorũ ꝓphetarũ ſenſũ aĩaduertere iudæi animũ ĩducerẽt
nõ deuii nõ cæci ꝑgerent: Scirẽt utiq; ueritatis uiã atq; beatitudinis: q eſt re
ligioſus chriſti ãnorũ ritus atq; beneuiuẽdi modus a chriſto meſſiach exhibi
tus. Hæc aũt quæ dicta ſũt: neq; babylonicæ ſeruituti neq; iudæorũ erroribꝫ
ſiue peccatis: q̃bus ãte chriſti mortẽ iudæi ĩpliciti extiterũt iure aliquo aſcri
bi poſſũt (ut q̃dã ſentiũt) quoniã nõ ignorabat eſaias ſodomã atq; gomorrã
aquis ꝑpetuo ſubiacere: & ciuitatẽ ieruſalẽ ſeptuagita expletis ãnis q̃bus iu
dæi babyloniis ſeruierũt rurſus eẽ ædificandã: & eos ad lares priſtinos redi
turos. Præterea inq̃t eſaias: ue aĩæ eoꝝ quoniã redita ſũt eis mala hæc dixit:
ut neminẽ fugeret: q; ſicut ſodomitaꝝ aĩæ ob peccatũ ſuũ æterna pœna affe
cti ſũt: ſic iudæoꝝ aĩæ ob facinus ĩ chriſtũ cõmiſſũ pœnã ꝑpetuã cõſecuturi

eſſent. Quod quidem ante babylonicã ſeruitutẽ iudæis tribui nõ poteſt: nã captiuitate ipſa completa: & iudæoꝝ peccatum & pœna finẽ pariter habue runt. Iccirco ꝓpheta rõnem habens tẽporis atq; æterni ſupplicii quod iudæi ꝓpter occiſionẽ chriſti paſſuri erãt/ dixit: Ve animæ eoꝝ quoniã reddita ſũt eis mala: hoc ẽ pœna atq; dãnatio æterna/ quã & iudæi mortui aſſecuti ſunt: & uiui itidẽ aſſequent̃ & cũ grauiori cruciatu/ quãdoq̃dem iudæoꝝ iniq̃tas maior fuerit q̃ ſodomoꝝ peccatum: ut ſupra dictũ eſt a hieremia. Affirmat hoc ipſum ezechiel.c.xvi. Viuo ego dicit dominus q̃a non fecit ſodoma ſo ror tua ipſa & filiæ eius: ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Sermo aũt hic ad ciuita tem ieruſalẽ dirrigit̃/ ut conſtat omnibus litteras ipſas legentibus. Igit̃ non iniuria ſi iudæoꝝ animæ grauiori ſupplicio q̃ ſodomitarũ animæ torquebũ tur: quando(ut dictum eſt)maior culpa maiorem mereat̃ pœnam. Amos in ſup ad oſtendendã huiuſmodi grauitatem iniq̃tatis iudaicæ.c.iiii.ait. Sub uerti uos ſicut ſubuertit deus ſodomã & gomorram & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio: & nõ rediſtis ad me dicit dominus: hoc eſt iudæos qui mortui ſunt ſubuerſione æterna deus apud inferos ſubuertit. Et poſtea ſeq tur ꝓpheta: & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio. Dirrigitur hic ſer/ mo ad iudæorum reliquias qui per orbem diffuſi ſunt: qui remanſerunt pro fecto ueluti lignum ſemiuſtũ/ hoc eſt ſine humore aliquo ueræ religionis at/ que modo beneuiuendi. Raptum ab incendio: ideſt ab inferno/ q̃a q̃diu hæ iudæorum reliquiæ uitam duxerint/ poterunt obſtinationis ſuæ pœnitẽdo inire gratiam dei: & tamen retrorſum abeunt/ & a recto itinere deuii ſpernẽ tes chriſtum a mundi opifice ſeccedunt & a deo ſe penitus amouent. Iccirco ait propheta: & non rediſtis ad me dicit dominus.

Ezechiel.

Amos:

Quod autem fruſtra ciuitatem ieruſalem rurſus ædificandam iudæi expectẽt & recte ipſa ſodomæ comparetur. Legant ipſi apud eũdem prophetam.c.ſe quenti. Domus iſrael cecidit/ & non adiciet/ ut reſurgat: uirgo iſrael proie/ cta eſt/ & non eſt qui ſuſcitet eam. Hæc q̃dem uerba de primi tẽpli ac ciuita tis deſtructione accipi minus poſſunt/ uel de quacunq; alia oppreſſione qua iudæi afflicti extiterunt: quandoq̃dem nulla maior poſt moſen eorũ ducem fuerit babylonica ſeruitute: & nihilominus terminatis ſeptuaginta annis li/ bertate donati q̃plurimos ad inſtaurandam ciuitatem & templum omni ſtu dio & opera diligentiſſimos habuerũt ut apparet apud heſdrã atq; neemiã: Igitur cum a ꝓpheta dicitur. Domus iſrael cecidit/ & non addiciet ut reſur/ gat. Virgo iſrael ꝓiecta eſt & non ẽ qui ſuſcitet eam: cuiq; ſatis ſupq; conſtat ꝓphetam de hac ſecundi templi ac ciuitatis deſtructiõe tantum prædixiſſe. Et recte inquit amos/ & non eſt qui ſuſcitet eam: quia mundus q̃diu perſtite rit/ uera hæc erunt/ & non eſt qui ſuſcitet eam/ aliter amos non extitiſſet ue/ rus propheta/ ſi quandoq; inſtauraretur ciuitas atq; templum: cum per id tẽ poris uerba hæc & non eſt qui ſuſcitet eam/ falſa penitus eſſent.

Hieruſalẽ nunq̃ ædificabitur

Ar. iudæ At nonnulli archiſynagogi uiri ſtultiſſimi conantes ut aſſolēt tueri profanos errores ſuos uolunt meſſiach tempore ſodomam ciuitatem ad ſtatum priſtinum reuerſuram: Hæc enim opinio ſiue ſententia q̄ fatua ſit & execrabilis: non difficile dignoſci poteſt. Aſſerunt nāque id fore in aduentu meſſiach q (ut ipſi ferunt) omnibus angelis ſublimior eſſe debeat iuſticia ac ſanctitate: quod in ſcelerati principis aduentu iudicio meo turpiſſimum duceretur. Quod ſi fieret / uideretur namque meſſiach (ut iudæi aſſerunt) eadem pene macula qua ſodoma coinquinata extitit infectum fore: quandoquidē ciuitatum principibus earum ciues opere frequentius correſpondere ſoleant. Quod dici de meſſiach non ſolum nefas eſt: ſed etiam imaginari profanum atq; inexpiabile peccatum. Huiuſmodi enim cauſa iudæorum inſaniæ eſt ab

Ezechiel eis inconſiderata lectio ezechielis. c. xvi. a quo ſcribitur. Soror tua ſodoma & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: hoc eſt (ut aiūt ipſi iudæi) ci

Re. ad ar. uitas ſodomorum & aliæ ciuitates quæ ſubuerſæ ſunt: redibunt meſſiach tēpore ad pulchritudinem atq; propriam dignitatem. Opinio hæc inanis eſt / atq; beſtialis penitus. Exponunt inſcipientes iſti ad antiquitatē ideſt ad pulchritudinem. Quæ quidem expoſitio non reperitur ſi bene memini in tota ſacra ſcriptura ubi terminus iſte antiquitas ponitur ſed pro uetuſtate tantū intelligitur: ut habetur eſaiæ. c. xxiii. ubi loquens de tyro ciuitate inqt. Nū

Eſaias: quid non hæc ueſtra eſt: quæ gloriabatur a diebus priſtinis ī antiquitate ſua: hoc eſt in uetuſtate & non in pulchritudine. Et licet dictio ipſa ad pulchritudinem trahi poſſet: effectus tamen iſte nunq̄ erit / cum ſodoma nunq̄ inſtauranda fuerit ut uidebitur inferius. Iccirco dicēdum eſt q; ibi deus ironice locutus fuerit: Tam et ſi aliqui exponunt hæc eadem uerba methaphoricæ dicta: tamen ſaluo meliori iudicio mihi uidetur per ironiam potius & uerius q̄

Sodoma per methaphoram ea dici omnia atq; intelligi. Quando igitur dicitur a pro

Gomorra pheta ſoror tua ſodoma & filiæ eius reuertētur ad antiquitatem ſuam. Intel

Adama. lexit ipſe q; ſodoma & gomorra adama atq; ſebois ſemper ſubiacebunt ſub

Sebois merſæ ueluti nunq̄ conſtructæ uel ædificatæ fuiſſent. Ideo inquit reuertent̄

Solomō ad antiquitatem hoc eſt anteq̄ fierent: quēadmodum habetur prouerbiorū

Eſaias. c. viii. Ab æterno ordinata ſum: & ex antiquis anteq̄ terra fieret: ex antiqs hoc eſt anteq̄ crearet̄ mūdus quod ipſemet ſolomō declarat: qū dicit anteq̄ terra fieret. Necnō & apud eſaiā. c. xxxvii. Diebus antiqs ego plaſmaui illd̄ hoc ē ab æterno / uel āteq̄ mūdi machina efficeret̄. Igit̄ quādo a ꝓpheta dicitur: Soror tua ſodoma & filiæ eius reuertent̄ ad antiquitatem ſuam / itelligitur ut diximus q; perinde futuræ ſint ac ſi nunq̄ extitiſſent.

Eſaias: Huiuſcemodi ueritas oſtendit̄ ab eſaia. c. xiii. Et erit babylon illa ciuitas glo

Babylon rioſa ī regnis īclita / in ſupbia chaldæorum ſubuerſa ſicut ſubuertit dominus ſo

nunq̄ ædi domam & gomorrā. Sed babylō nunq̄ ad priorē ſtatum eſt reditura: quia ſe

ficabitur quitur propheta dicens non fundabitur uſq; ad generationē: & generationē

ergo nec ſodoma ædificabitur unq̄. Præterea eiuſdem. c. xiiii. legitur: perdam babylonis nomen & reliquias germē atque progeniem dicit dominus. Quos terminos ſi q̄s diligenter ꝑcontatus fuerit/ hæc ab eo affirmabitur ueritas/ ꝙ babylō nunq̄ inſtaurāda ſit. Itē hieremias. c. l. ait. Gladius ad chaldeos ait dominus & ad habitatores babylonis & infra: nō habitabitur ultra uſq; in ſempiternum: nec extruetur ad generationem & generationem ſicut ſubuertit ſodomā & gomorram/ & uicinas eius ait dominus nō habitabit ibi uir: & nō incolet eam filius hominis. ex quibus ꝑfecto uerbis clarū omnibus eſt babylonem ad priorem ſtatum eē nunq̄ reuerſuram. Patet igitur iudæoꝝ falſitas atq; ſtulticia/ qui opinātur meſſiach tempore ꝙ ſodoma ad pulchritudinem ſuam redire debeat: & cum babyloni aſſimiletur ſodoma: & ſodomæ ieruſalem: ut uiſum eſt ſupra. Concludi neceſſe eſt nunq̄ ciuitatem ieruſalem iudæis rurſus ædificandam eē neq; iudæos ipſos ad priſtinam libertatem redituros. Hac ueritate etiam inſtruimur ab eſaia. c. xxv. ubi ſic dicitur Domine deus meus es tu poſuiſti ciuitatem in tumultum/ urbem fortē in ruinam domum alienoꝝ ut non ſit ciuitas: & in ſempiternum non ædificetur: hic nāq; loquitur ꝓpheta de ciuitate ieruſalem licet non nulli (ſi dicere fas ē) delirando dicant huiuſmodi nomine ciuitatis/ omnes mundi ciuitates intelligi: inepta eſt enim hæc opinio: & a uiris quibuſcūq; doctiſſimis reprobata penitus atq; reiecta. De qua ciuitate etiam. c. xxvii. ſcribitur. Ciuitas enim munita deſolata erit: ſpacioſa relinquetur/ & dimittetur quaſi deſertum. & infra non eſt enim populus ſapiens: ꝓpterea nō miſerebitur eius qui fecit eū & qui formauit eum/ non parcet ei. Item. c. xxxii. domus enī dimiſſa eſt multitudo urbis relicta eſt: tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas uſq; ī æternum. Necnon & hieremias. Hæc eſt ciuitas uiſitationis omnis calūnia in medio eius. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam: ſic frigidam fecit maliciam ſuam. Iniquitas & uaſtitas audietur in ea coram me ſemper īfirmitas & plaga. Item. c. xviiii. ait. Dicit dominus exercituum ſic conteram populum iſtum & ciuitatem iſtam ſicut conteritur uas figuli/ quod non poteſt ultra inſtaurari: & infra. ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc & ſuper urbes eius uniuerſa mala quæ locutus ſum aduerſum eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam: ut non audirent ſermones meos.

Hiere.

Sodom nunq̄ ædificabitur

Eſaias.

Omnibus his prophetarum uaticiniis fugit neminem ſi ſtudioſe animaduerterit: ieruſalem nunq̄ ad priorem dignitatem acceſſuram. Necnon & iudæorum q̄diu aliq̄ ſupererint/ ſemp ſeruitutis iugo fore afflictos: & p oēs partes mūdi expulſos pariter ſicuti beſtias putridas cūctiſq; gētibus ac nationibus īſenſas. Quod præuidēs eſaias. c. v. ait. Propterea captiuus ductus ē populus meus: q̄a nō hūit ſcientiā. Et īfra. Sicut deuorat ſtipulā lingua ignis & calor flāme exurit. Sic radix eoꝝ q̄ſi fauilla erit & germē eoꝝ ut puluis aſcēdit Itē &. c. viii. Ecce tribulatio & tenebræ & diſſolutio & anguſtia & caligo p/

Iudæorū excidium

Eſaias.

Hieremiaſ ſequens: & non poterit auolare de anguſtia ſua. & hieremias.c.xi. Ecce ego
inducam ſuper eos mala de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me/
& ego non exaudiam eos. Item.&.c.xiii. Diſpergam eos uirum a fratre ſuo
& patres & filios pariter ait dominus. non parcam & non concedam: neque
miſerebor ut nõ diſpergam eos. Inſup.c.xv. ingemiſcẽs ait. Quare factus ẽ
dolor meus perpetuus: & plaga mea deſperabilis renuit curari: & trenorum
Trenoꝝ c.primo. Infirmata eſt uirtus mea: & dedit me dominus in manu de qua nõ
potero ſurgere: & infra. Iccirco ego plorans/ & oculus meus deducẽs aquas
quia longe factus eſt conſolator: & ſequitur. Expandit ſyon manus ſuas/ &
nõ eſt qui conſoletur eam. Item eorũdem.c.iii. Fecit dominus quæ cogita/
uit: & compleuit ſermonem ſuum/ quæ præceperat a diebꝰ antiquis: deſtru
Deutero/ xit & non pepcit. Iſtudipſum antea dictũ eſt deuteronomii.c.xxviii. Omni
nomii tempore calũniam ſuſtineas/ & opprimaris uiolentia: nec habeas qui liberet
Ezech iel te. Hãc etiam iudæorum calamitatem & inexpiabilem interitum præuidens
ezechiel.c.v. ait. ego quoqꝫ confringam/ & nõ parcet oculus meus & nõ mi
ſerebor: tertia pars tui peſte morietur/ & fame conſumetur in medio tui. Et
tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam uero partem tuam in
omnem uentum diſpergam. &.c.vii. Iudicabo te ſecũdum uias tuas/ & im/
ponã tibi omnia ſcelera tua/ & non parcet oculus meus/ nec miſerebor. Nec
non &.c.viii. ego faciam in furore/ non parcet oculus meus/ nec miſerebor
& qum clamauerint ad aures meas uoce magna non exaudiam eos. Item.c.
viiii. Iniquitas domus iſrael & iuda magna eſt nimis ualde & repleta eſt ter/
ra ſanguinibus/ & ciuitas repleta eſt auerſione/ & ſequitur. Igitur/ ee: meus
non parcet oculus: neqꝫ miſerebor: uiam eorum ſuper caput eorum reddam.
Item.c.xi. Heu heu/ heu/ domine deus cõſumationẽ tu facis reliqarũ iſrael:
&.c.xxii. Quæſiui de eis uirum q̃ iterponeret ſepem/ & ſtaret oppoſitus cõ
tra me ꝓ terra/ ne diſſiparẽ eã: & nõ inueni: & effudi ſup eos indignationem
meã & in igne iræ meæ cõſumpſi eos: uiam eoꝝ in caput eoꝝ reddidi ait do/
zacharias minus deus: Et zacharias.c.vii. Facta ẽ indignatio magna a domino exer/
cituũ: & factũ ẽ ſicut locutus ſum/ & nõ audierũt. Sic clamabũt & nõ exau/
diam dicit dominus exercituũ/ & diſpſi eos p omnia regna quæ neſcierũt/ &
terra deſolata eſt ab eis eo ꝙ non eẽt tranſiens & reuertens: & poſuerunt ter
ram deſiderabilem in deſertum.

Harũ itaqꝫ auctoritatũ nullus tã ebes ẽ: tãqꝫ obtuſus igenio ſi terminos uel di
ctões metiri uoluerit q̃ facile nõ pcipiat iudæoꝝ opinionẽ uanã penitus eẽ at
que falſam: q̃ppe qui meſſiach futurum ſperant ut ipſos ad priſtinos liberta
tis terminos redigat. Hac profecto ſtulticia correpti iam ſunt mille quadri/
genti & quindecim anni quibus tam infœlices tamque miſeri uitam ducunt.
Neqꝫ ulla gens uel natio unq̃ extitit neque erit: quæ maiori animaduerſione
atqꝫ lõgiori calamitate exagitata ſit q̃ perfida iſta iudæoꝝ turba atqꝫ ꝓfana.

Fuerunt nãque ipſi apud pharaonem multo tempore afflictione obſtricti q̃ maxima: neq; ignorarunt per id tpis ex ea cõpletis quadrigẽtis annis liberos fore: quẽadmodum habetur geneſeos.c.xv. Poſtea uero a nabuchodonoſor rege graui etiam ſeruitute oppræſſi habuerũt hieremiam prophetam aggeũ atque zachariam: & alios forte dei legatos nunciantes eis captiuitatẽ ipſam finem habituram. At iſta ꝑfecto qua mille quadringentos & quindecim an nos conficiuntur aſſidue atque undique cruciantur/ quo tempore ſoluenda ſit/ neque p nuncium aliquem diuinum uel humanum neque per coniecturã uel argumentum aliquod intelligi uel ſaltem imaginari poſſunt: ut libertate donati: a deo ſe diligi quandoque nõ ignorent. Hac enim temporis diutur nitate atque nuncioꝝ defectu poſſunt non difficile iudæi animo concipere atque ꝓculdubio ſcire erroribus inuolui atque fallaciis: qum dicũt expecta mus meſſiach: q ſoluet iugũ captiuitatis noſtræ: hoc ſane a deo ſi fieret præ uios quoſdam miſiſſet ſui nuncios ſicuti in aliis captiuitatibus factũ ẽ præ dicturos huiuſmodi nodum ſeruitutis eſſe ſtatuto tempore diſſoluẽdum: & quia nullus adhuc ſaltem fide dignus apparuit: dici neceſſe eſt quod a danie le dicitur.c.viiii. Et uſque ad conſumationẽ & finem ꝑſeuerabit deſolatio. | Geneſe | Hieren | Aggeu | zachari | Daniel

Huiuſmodi talis infortunii ſi quis cauſam quæreret. Volo iudæi ipſi reſpon deant: dicent nãque hæc mala in nos peccata noſtra intulerunt/ quæ autem illa ſint neſcimus niſi circa quæ cæteri homines uerſantur. Hæc eſt inepta re ſponſio quoniam ſi deus iuſtus eſt eãdem pœnam quam iudæi perferunt cæ teri homines paterentur: quia paria peccata pari pæna mulctantur. At ſi q iudæoꝝ inſcipientium hæc ſibi accidiſſe dicerent ob peccatum uituli quem ad montem oreb fecerunt maiores ſui ut habetur exodi.c.xxxii. Hæc qdem opinio erronea eſt penitus atque falſa. Nam deus ꝓpter peccata patrum in filios non animaduertit: niſi eoꝝ filii patrum ſcelera ſectentꝰ. Et licet iudæo rum ueteres uitulum adorauerint iudæi tamen iuniores a quibus originẽ tra xerunt facinus illud improbant atque abhorent: necnon & quecũque alium idoloꝝ cultum reiiciunt & deteſtantur. Igitꝰ ut ꝑ peccato paterno quod fi lii penitus improbãt a pæna patres inulti euadãt: filii uero eam ſubeãt & pa tiãtur: rationi qdem atque diuinæ maieſtati nõ congruit. Scribitur namque apud ezechielem.c.xviii. Pater ſi genuerit filium: qui uidens omnia pecca ta patris ſui/ quæ fecit timuerit & non fecerit ſimile eis: hic non morietur ini quitate patris ſui: ſed uita uiuet. Et ſequitur: filius non portabit iniquitatẽ patris: & pater non portabit iniquitatem filii. Item.ii. paralypomenon.c. xxv. dicitur ſcriptum ẽ in libro legis moſi: ubi præcepit dominus dicẽs. Nõ occidentur patres pro filiis: neq; fili pro patribus ſuis. Sed unuſquiſque in ſuo peccato morietur. Diuinæ enim iuſticiæ incongruum foret ut pænas de de aliquo ſũmeret ꝑ alienis ſceleribꝰ. Legimus eni pſalmo.xxxvii. ꝙ iuſticia plena ẽ dextera eius. & pſalmo.cxviii. Iuſtus ẽ domius & rectũ iudiciũ ſuũ. | Quare ſerui ſũt iudæi.

Necnon pſalmo.cxxxxiiii. Iuſtus eſt dominus in omnibus uis ſuis/ & ſa̅ctus in omnibus operibus ſuis. Item apd' danielem.c.viiii. Iuſtus dominus deus noſter in omnibus operibus ſuis quæ fecit. Quæ enim iuſticia dei hæc eſſet? quæ ſanctitas? ut iudæorum uetuſtiſſimi uitulum adoraſſent & impune eua ſiſſent. Iuniores uero iſti ab eo ſcelere alieni pro eorũdem peccato pænas luerent? Iuſticia enim eſt cuiq; dare quod ſuum eſt: bonis præmiũ improbis meritum. Ideo ſcribitur pſalmo.xvii. Retribuet mihi dominus ſecundum iuſticiam meam. Neq; huic ueritati repugnat quod dicitur exodi.c.xx. Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes uiſitans iniquitatem patrum in filios i tertiam & quartam generationem eorum: quoniam hæc omnia intelliguntur: quando improborum parentum improbi filii ueſtigia ſeqũtur/ quod frequẽtius euenire ſolet uſq; ad quartam generationem. Attamen ſi deus ſecreto iudicio ſuo quod intelligere nemo poteſt: ut legitur pſalmo. xxxv. Iudicia dei abyſſus multa hominum liberos punit uſq; ad tertiam & quartam generationem: quæratur a iudæis ſi ipſi in tertia ſint uel in quarta? Reſpondebũt ſcio in centeſima generatione eſſe & ultra. Nam a tempore quo patres eorum uitulum adorarunt uſq; ad captiuitatem babylonicam anni fluxerunt nonigẽti uel circiter: & ab ipſa captiuitate uſq; ad chriſtum anni quingenti & nonaginta: & a chriſto ad hunc uſq; diẽ anni mille quadrigenti & octoginta octo Igitur recte cõcluditur: ꝗ licet iudæorum patres uitulum adorauerint quod ſceleſtiſſimum extitit atq; profanum: nihilominus peccatum illud cauſa non fuit: ut expulſi iudæi diuagentur per orbem: & huiuſmodi tam longæ tamq; miſerrimæ ſeruitutis iugo oppreſſi doleant & crucientur: cum deus pro ſceleribus patrum ultionem ſuam in filios/ ultra quartam generationem non inferat. Inſup quæritur a iudæis cur ſeptuaginta annis babyloniis ſeruierunt reſpondebunt/ ſi recte ſenſerint: quoniam maiores noſtri quoſdam occiderunt prophetas/ necnon etiam idola coluerunt. At nos dicimus ſi ob ꝓphatum occiſionem uel idolatriæ peccatum: quo nullum grauius fieri poteſt ſenſu atq; propoſito: maiores illi ſeptuaginta annis tantum captiuitate continua laborauerint. Cur deus iam mille quadringẽtis & quindecim annis eos hac miſeriori ſeruitute atq; longiori/ iuſſit opprimi atq; affligi? quando quidem poſt captiuitatem illam babylonicam ad hũc uſq; diem nuſq̄ habeatur in ſacris litteris iudæos ꝓphetam aliquẽ occidiſſe/ neq; idolis ſe dicaſſe. Igitur cum deus iuſtus ſit/ & rectũ iudicium ſuũ. ut ſcribitur pſalmo.cxviii. q ꝓfecto in neminem animaduertit niſi in ſceleſtos & peruicaces in malo. Et qua menſura delictum extiterit/ pari modo puniat atq; caſtiget. Dicendum eſt ꝗ iudæi maiori ſcelere q̄ idolorum cultu atq; ꝓphetarum occiſione deo iſenſi ſint? quod autem ſcelus illud fuerit: animo ſtudioſe uolutent atque diligẽter memoria repetant ſua omnia atque maiorũ ſuorum ſcelera poſt captiuitatẽ babylonicam cõmiſſa ſuos non inuenient ꝓfecto ueteres idolatriam ullam

neq; æquale aliquid uel maius: niſi horrendum illud atq; inexpiabile facinus
quando iudæi chriſtum uerum meſſiach qui deus fuit & homo tam nefarie:
tãque crudeliter necauerunt. Et quoniam hoc grauius atq; deteſtabilius fa/
cinus q̃ idolatria extitit. Iccirco maiori ſeruituti atq; longiori miſeriæ ſubii
ciuntur iudæi: necnõ & intollerabilẽ calamitatẽ atq; ultionẽ ꝑpetuã patiun/
tur & ſuſtinent. Et licet hi iuniores chriſtum non occiderint: tamen quia ue
teres ſuos recte illud feciſſe approbant & affirmant eoꝝ inutiles ri tus ſequẽ
tes: hoc nãq; inexpiabili errore/ & execrabili ſententia circũducti/ omni mæ
rore afflicti & hinc inde expulſi miſerrimã uitam ducũt. Ideo iure aliquo ſpe
rare nequæunt ut catena huiuſmodi de collo eoꝝ frangi poſſit / niſi fateãtur
peccatum ſuũ & tanti mali pæniteat recto corde animoq; cõtrito. At iudæi
improbi ac mali ueritatem iſtam nõ ignorant. Sed ꝑtinaci quadam obſtina
tione ꝑciti ad eam accedere nolunt. Iccirco ꝑ eſaiam.c.xxxxvi. inquit deus
Audite me duro corde q̃ longe eſtis a iuſticia: hoc eſt q̃ lõge eſtis a meſſiach.
Apud enim talmuthiſtas legitur in libro cederholam & imprimis apud rabi Li.ceder/
barachiã exponẽtem illud eſaiæ in.c.lvi. Iuxta ẽ ſalus mea ut ueniat/ & iuſti holam.
cia mea ut reueletur ſcribit q; id quod dicit iuſticia mea/ intelligit meſſiach Ra.bara.
de quo ſcriptum eſt danielis.c.viiii. Et adducatur iuſticia ſempiterna: hæc Eſaias.
